61. non tollatur. Statuimus et ordinamus quod banditi et in banno positi de civitate et districtu amelie occasione alicuius maleficij tantum in civilibus vel criminalibus per se vel alium in petendo audiri non possint nec in petendo ut dictum est eis ius reddatur. In defendendo vero procuratores facere possint et advocatos conducere pro defensione predicta. Ita quod si aliquis dictus banditus debitor existat cuiuscumque quod incitari vel reus quod ipse citari possit ad domum sue olim habitationis si extat vel in scalis palatii comunis predicti et si duabus citationibus premissis fuerit contumax et procuratorem ad defendendum non miserit quod ex tunc habeatur pro vero contumace et possit de (?) contra eum ad ulteriora procedi usque ad finem processus et ad sententiam diffinitivam ac si banditus non esset statuto aliquo non obstante quod in contrarium loqueretur.

De Ratione reddenda per Tutorem et Curatorem minorum et aliorum habentium eos. Rubrica.

Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli tutores et tutrices pupillorum seu
62. pupilli masculi vel femine curatores minorum et adultorum prodigorum furiosorum et male utentium substantia sua dati vel dandi in posterum teneantur et debeant quolibet anno recollectis fructibus dicti anni post mensem octobris ipsius anni absque petitione cuiusque et etiam ad petitionem cuiuscumque petentis in favorem ipsorum pupillorum et minorum adultorum prodigorum furiosorum et male utentium substantia sua reddere rationem administrationis ipsius tutele vel cure et fructuum et omnium proventuum ad manus suas et expensarum factarum per eos dicta de causa coram iudice domini potestatis civitatis predicte presentibus vel citatis legiptime duobus consanguineis dictorum pupillorum minorum et aliorum predictorum magis proximioribus tam ex parte matris quam patris si fuerint alias in presentia duorum antianorum qui pro tempore erunt loco dictorum consanguineorum. Et ad predicta etiam cogantur et cogi possint per iudicem cum iuris remedijs. Et si dicti tutores vel curatores predicta facere obmiserint vel recusaverint condempnentur et condempnari debeant per ipsam potestatem in quinquaginta libris denariorum pro quolibet et qualibet vice. Et [illegible] quos inquirere possit et debeat de predictis. Et insuper eos puniat de fraude et collusione et cogat eos ad restitutionem defraudatorum per eos et predicta banniatur (?) omni anno de mense septembris ad penam potestati si neglexerit viginti quinque librarum adimplere dicta. Et eodem die mandatur (?) observari in legitimis et testamentariis tutoribus nisi per testatorem rationis redditio remissa fuerit dicto tutori testamentario.

De Convalidatione et Confirmatione testamenti scripti manu notarij testatis (?). Rubrica.

Quia ex pluribus [illegible] si testamenta vel alie ultime voluntates scripte et in publica forma [illegible]
63. dictorum testamentum vel condentium [illegible] voluntates [illegible]

sibi scribuntur de jure ualeant uel non ad dictum dubium remouendum presenti statuto firmamus quod omnia testamenta et quecumque ultime uoluntates scripte et scripta et in publicam formam redacte et redacta interueniente legitimo numero testium manu propria sic disponentium cum ipsorum subscriptione et publicate per eos facta ut per notarios publicos ualeant et teneant si aliud obstaculum omnino obsistat ac si scripta et publicata foret per alios notarios publicos non obstantibus aliquibus statutis iuribus uel legibus que loquerentur uel disponerent contra predicta et nullus audiat per aliquem offitialem Ciuitatis amelie opponendo contra predictas ultimas uoluntates et testamenta ex eo quod manu propria dictorum testantium scripta forent ad penam centum librarum pro quolibet et qualibet uice tam contra audientem contra predicta quam contra sic opponentem.

De pena offitialium Consulentium Ciuibus. Rubrica.

Statuimus et ordinamus quod potestas uel iudex uel alius eius offitialis non audeat uel presumat dicto uel facto consulere alicui ciui uel comitatino amelie seu acta sibi dictare scribere uel scribi facere in quacumque re ad penam L flor. auri mox imminentem cuilibet ipsorum contra facienti et uice qualibet.

Incipit Liber Quartus de publicis Iudicijs et alijs maleficijs: Et primo de Jurisdictione domini potestatis et suorum offitialium in maleficijs. Rubrica.

Quia parum prodesset iura condere nisi essent hij per quos iura hominibus rederentur. Statuimus et ordinamus quod potestas ciuitatis amelie eiusque iudex malleficiorum presentes et futuri possint et ualeant teneantur et debeant cognoscere et procedere et sententiare per inquisitionem ex suo offitio per accusationem denuntiationem et notificationem et per uiam notorij de omnibus et singulis iniurijs contumelijs obbrobrijs mallitijs excessibus furtis et delictis realibus et personalibus factis uel dictis committendis de cetero per quoscumque et quascumque in ciuitate comitatu et districtu dicte ciuitatis et etiam extra ciuitatem comitatum et districtum per aliquem ciuem comitatensem uel districtualem ciuitatis predicte ac etiam ad petitionem cuiuscumque petentis denuntiantis uel querelantis et sine scriptis excepto adulterio de quo procedi cognosci uel sententiari nisi per accusam tantum fiendam ab eo cuius interest non possit uel ualeant ullo modo. Et super ipsis mallitijs quibuscumque dictus dominus potestas et iudex possint et ualeant testes et probationes inducere et examinare et publicare et omnia et singula facere pertinentia ad processum secundum formam statutorum et ordinamentorum dicte ciuitatis. Et predicta et predictorum quodlibet facere et obseruare teneantur et debeant ad penam quinquaginta flor. auri statim imminentem.

De ordine procedendi et Citatione in maleficijs. Rubrica.

Statuimus quod si quis accusatus denuntiatus uel inquisitus fuerit coram domino potestate uel iudice uel alio offitiale dicte ciuitatis de aliquo mallitio uel excessu si fuerit ciuis quod citetur per castaldum dicti comunis cum cedula personaliter uel ad domum relinquenda citatione in qua cedula contineatur nomen potestatis uel iudicis siue offitialis nomen castaldi nomen accusatoris accusati denuntiati uel inquisiti et totum mallitium de quo accusatus denuntiatus uel inquisitus est et terminus ad quem comparere debeat et si fuerit semel cum cedula personaliter uel ad domum citatus debeat comparere sequenti die post citationem et semper debeat per castaldos pro sequenti die citari. Si uero fuerit comitatensis citetur et semel modo predicto cum cedula ut dictum est et qui citatus fuerit debeat sequenti die non feriata comparere post citationem coram offitiale coram quo citatus in dicto termino et tam ciuis quam comitatensis si non comparuerit in termino citationis eidem dato et assignato quod per preconem comunis amelie in scalis palatij dicti comunis publice et alta uoce sono tube premisso exbandiatur in quantitate qua condempnari deberet secundum formam statuti de tali mallitio uel excessu loquentis in quo exbandimento assignetur talis terminus trium dierum cum cedula

Omissio ordinis non uitiat in confessis rub. 87.

fienda vel relinquenda eidem citato perso
nalr vel ad domum cum dicto termino ad
comparendum coram tali offitiale coram quo
est processus in quo termino si non venerit
sive non comparuerit habeatur pro convi
cto et confesso de dicto mallio excessu seu
delicto et vere et legitime contumax et con
tra talem vel tales per potestatem vel alium offi
tialem dicti comunis secundum suam iurisdictionem
elapso dicto termino trium dierum procedi
possit et debeat ad condempnationem secundum for
mam statutorum civitatis amelie in penis con
tentis in statutis aut ordinamento de tali ma
lefitio delicto vel excessu loquentibus. Forenses
vero in scalis palatii comunis citentur pro
malliis et delictis uno vel pluribus per eos com
missis per preconem comunis sono tube pre
misso et in dicta citatione detur terminus trium
dierum ad comparendum coram offitiale predicto
ad se excusandum et defendendum. Et nichilo
minus per unum famulum ipsius domini
potestatis ad hec [illegible] deputandum qui pro
dicta vice pro nuntio comunis et legitimo
habeatur cum licteris ex parte dicti offitialis
notificetur terre castro vel ville ex quibus
vel ex qua est ille contra quem proceditur
ut citari faciat talem forensem quod ad dictam
tertiam diem debeat coram dicto offitiale comunis
amelie apparere ad se excusandum et defendendum
in quo quidem termino si non venerit habea
tur pro convicto et confesso et vero contu
mace de mallio aut delicto uno vel pluribus
de quibus proceditur contra talem foren
sem et contra eum ad condempnationem proce
di possit dicto termino transacto secundum formam
statutorum. Et quod predicta notificatio in terris
castris et villis circumstantibus prope ame
liam per decem miliaria sufficiat. In aliis
vero forensibus longinquis sufficiat citatio
facta ad fenestram sive in scalis [illegible] predicto
et quod semper credatur relationi dictorum ca
staldorum nuntiorum preconum et cuiusque ipsorum
in citationibus faciendis per eos vel ipsorum
alterum statutis vel ordinamentis in contra
rium loquentibus non obstantibus. Et
[illegible] in predictis vel aliquo predictorum [illegible]
[illegible] vel sindicem contra factis [illegible]
[illegible] fuerit [illegible] decem [illegible]

ipso facto pro qualibet et qualibet vice. //

De transmissione accuse vel inquisitionis ad cancellarium communis Amelie. Rubrica.

3 Quilibet offitialis procedens [illegible]
per accusam inquisitionem vel denumptiationem
debeat manu propria offitialis scribentis predi
ctam accusam denumptiam aut inquisitionem assi
gnari facere cancellario comunis totum teno
rem accuse denumptie et inquisitionis de ver
bo ad verbum prout in dicto libro dicti offi
tialis reperitur ea die qua accusa aut de
numptia portata fuerit coram eo sive inquisitio
facta fuerit et si dicta forma servata non fue
rit ipso iure sit nullus processus et quicquid
sequeretur ex eo et offitialis contrafaciens in pre
dictis vice qualibet in decem libris denariorum puni
atur et cancellarius comunis predicti debeat
scribere diem dicte assignationis. Et predicta
cuilibet petenti per ordinem exibere copiam
vinculo iuramenti et ad penam decem librarum de
nariorum dictus cancellarius dictam copiam sibi
[illegible]missam sive cedulam predicta continentem non possi
t reddere nec restituere dicto offitiali proce
denti nec reddat vel restituat pro correctione
vel supplectione dicte cedule in preiudicium comunis
nec permictere quod corrigatur vel [illegible] addatur
vel minuatur in preiudicium comunis [illegible] dictum
est et hoc vinculo iuramenti et ad penam vigin
tiquinque librarum pro qualibet vice. //

De termino dando. Rubrica.

Potestas iudex et sui offitiales dent ter
minum super malliis partibus decem
4 dierum et peremptorie incipiens [illegible]
ex parte ea die qua responsum fuerit accu[illegible]
vel inquisitioni in antea ad probandum et defende
ndum et docendum de iure suo. Et si non daretur
aut primus capitulum habeatur predicto ipse terminus
utrique parti ac si ut dictum est datus esset
et currat. //

De publicatione processuum. Rubrica.

Statuimus et ordinamus quod dominus po
testas et eius iudex malliorum [illegible]
5 ipsorum finito termino decem dierum [illegible]
defensionis per formam statuti de quo [illegible]
debeant publicare [illegible]

et receptos sive fuerint excusati testes sive non et si non publicaret eos dicto termino elapso ipso iure sint et habeantur pro publicatis et pars possit opponere contra eos et totum processum quicquid vult et potest et iudex predictus teneatur dare processum et testium copiam ei cuius interest et si dare recusaverit eam tempus termini non currant ipsi parti donec ipsam habuerit Et iudex et notarius recusans decem libr. pen. nomine solvere teneatur.

De puniendo malefitia secundum formam statutorum et de similibus. Rubrica

Omnia maleficia et delinquentes et malefactores potestas teneatur punire et condempnare et condempnationes pro communi exigere et exequi cum effectu secundum formam statutorum infra decem dies continuos in continenti currere incipiendos elapsis decem diebus datis in sententia ad solvendum. Et ubi pena non esset expressa procedere de similibus ad similia quod simile fiat et fieri debeat per dominos potestatem et iudicem et duos bonos viros eligendos per dominos anzianos populi qui per totum erunt subsecreto retinendum et ipsum simile habeatur pro legitimo et vero et scribatur in actis una cum nominibus dictorum bonorum virorum.

De cogendo malefactorem ad confitendum. Rubrica

Si de aliquo maleficio de quo procederetur in curia potestatis constiterit per unum testem ydoneum et famam publicam seu loco eius fame per alia verisimilia inditia que moverent animum iudicantis tunc ne ipsum maleficium remaneat impunitum dictis inditiis in actis primo descriptis ille contra quem procederetur de dicto maleficio cogatur ad confitendum maleficium predictum si haberi poterit. Si vero se absentasset tunc citetur cum cedula continente dictum dicti testis et inditiorum seu fame per castaldionem communis quod infra tertiam diem a die citationis facte de eo comparere debeat coram dicto iudice ad confitendum dictum maleficium et si non comparuerit infra ipsum terminum habeatur pro confesso et convicto legitime et condempnari possit et debeat in penis statutis et [illegible] confessio dicto modo facta vel presumpta non possit sibi addiminutionem pene. Et si comparuerit et confiteri nollet sponte cogatur et cogi debeat ad confitendum dictum maleficium ut dictum est et si confiteri nollet habeatur pro confesso et convicto dum modo predicta omnia et singula locum habeant si processus et testes unus vel plures examinati contra dictum malefactorem fuerint primitus probati et dato et elapso termino ad opponendum contra ipsum processum testes et dicta et exceptiones legitime opposite non fuerint et probate contra et aliter vel alio modo citari vel cogi non possit et omnis confessio aliter facta post primam responsionem non valeat et facta presumatur metu tormentorum nisi servata fuerit forma predicta in presenti capitulo descripta. Ad penam potestatis vel iudicis in predictis vel aliquo predictorum contra facientis vel obmictentis aut negligentis .xxv. flor. auri mox imminentis.

De blassemantibus puniendis. Rubrica

Quoniam gravius est eternam quam temporalem leddere magestatem ac ne ad alias penas contra temporalia committentes procedatur Statuimus et ordinamus firmamus quod si quis inhostiatus vel si qua persona dei timore post posito blasfemaverit vel maledixerit vel obbrobriosum verbum protulerit contra deum omnipotentem dominum nostrum yhesum xpistum spiritum sanctum et virginem gloriosam mariam matrem eius vel alterum ipsorum quocumque modo et qualitercumque puniatur et condempnetur pro qualibet vice in quinquaginta libr. den. Si vero contra aliquos alios sanctos vel sanctas dei vel aliquem ipsorum et specialiter contra gloriosissimos martires et beato firminam et olimpiadem dicte civitatis protectores vel alterum ipsorum vel contra omnes sanctos simul condempnetur et puniatur in vigintiquinque libr. den. pro qualibet vice Et si dictam penam non solverit dictis condempnatus ex dictis causis infra decem dies a die late sententie contra eum quod dicto blasfemanti vel maledicenti vel obbrobrium proferenti contra deum xpistum spiritum sanctum et virginem mariam solvat duplum dicte pene. Si

25r

quis uo dixerit in oppinate adonna de dio siue ad despecto uel della non sia · et simi lia uerba non inducentia tantum obbrobrium de quo remaneat indiscretioni domini potestatis contra deum seu beatam sanctam virginem gloriosam uel aliquem ipsorum condempnetur et puniatur in decem libr den. Si uo contra alium Sanctum in quinque libris den. Si quis aut iurauit per membra predictorum inusitata et uerecunda in prolatione nominando ipsa membra condempnetur et puniatur in quatuor libr den. Si quis uo Jurauerit per sanguinem corpus carnes dei uel aliquorum dictorum Sanctorum condempnetur et puniatur pro qualibet uice in uiginti sold de quibus omnibus et singulis Jnquiri possit et debeat quolibet mense et stetur et credatur dicto unius testis legitime probantis et habeatur pro plena et legitima probatione Et predicta dns potestas qui pro tempore fuerit teneatur banniri facere qualibet mense ne ignorantia allegetur ad penam uigintiquinque libr pro qualibet uice Adicientes et declarantes quod in quacumque parte presentis statuti in casu fauorabili uel odioso per uerbum siquis uel aliud masculini generis Intelligatur et si quis in genere femenino statuto uel iure aliquo non obstante Et quod omnes predicte pene Jntelligantur et Jntelligi debeant sine diminutione excepto quod in predictis beneficium confessionis locum habeat et admictatur Et si potestas uel Judex in aliquo predictorum contra fecerint uel obmiserint penam Jncurrant ipso facto uigintiquinque flor auri pro quolibet et qualibet uice.

Arbitrium potestatis

Jurans per sanguinem corpus

Masculinum concipiat et comprehendat femininum

De pena blassfamantium presentem statum Ciuitatis. Rubrica

·9· Ad removendos male loquentes contra pacificum statum ciuitatis nostre Statuimus et firmamus quod si quis blassfemauit statum presentem et comune ciuitatis predicte dicendo quod non bene procedit uel tractatur presens status et quod non est comunis uel quod non tractantur omnes equaliter et quod sub partialitate regitur uel alio modo scandalum uerisimiliter inducentes seu referre

mans comunis et statuta presentia puniatur pro qualibet uice qua contra predicta uel aliquod predictorum dixerit in centum libr den. Quo sit tamen quilibet licite dicere in quocumque consilio omnia que cognouerit utilia pro comuni et cum uerbis condecentibus et tunc predicta que dixerit non tragant ad dictum casum uel casus prohibitos dummodo non exeat contra propositam uel ex ea. Addicientes quod si quis dixerit aliqua uerba minatoria contra comune uel aliquem offitialem comunis puniatur in xxv libr den.

De pena Receptantium exbanditos. Rubrica

Quilibet de dicta ciuitate et eius districtu receptans aliquem pro mallio comunis amelie exbanditum et condempnatum in quinquaginta libr et abinde supra soluat pro banno dicto comuni uiginti libr den. Si quis uo receptauerit scienter latronem publicum non exbanditum uel aliquem exbanditum a quinquaginta libr infra pro mallio soluat pro banno dicto comuni decem libr den. Et si quis receptauit penes se robariam uel uel furtum teneatur restituere de robato uel ei cui est ablatum et nihilominus dicta pena puniatur Et unicuique liceat tales receptatores denumptiare et accusare et habeat medietatem banni et teneatur in credentia receptatores huiusmodi intelligimus si in domo eum receptauerit uel si ex domum et aliquid necessarium ministrauerit in ciuitate predicta et eius districtu et in eadem pena [illegible] qui eumdem associauerit uel [illegible] parauerit uel eidem de [illegible] consilium uel fauorem Receptatores autem [illegible] liter exbanditi soluat [illegible] qualibet pro pena uiginti sold den. Si aut [illegible] [illegible] uel [illegible] modo uiolauerit [illegible] rit publice dicentem in placea [illegible] [illegible] ipam rem furtiuam uel alienam [illegible] ipam restituat et precium restituere [illegible] [illegible] pro anno mallio [illegible]

·10·

25v

ciuitatis amelie q. Sindicus et uniuersi
tas dicti castri debeat dictum exbanditum ca
pere et infortiam dicti comunis ducere
ad penam quinquaginta libr pro quolibz
castro et uniuersitate / Et q. potestas dicte
ciuitatis dictum capitulum notificet pri
mo mense sui regiminis cuilibz castro ad
dictam pertinentiam de suo salario / Et q. qli
bet possit predictos receptatores et Sindicos
contra facientes in predictis ul aliquo predictorum
accusare et denumptiare et eius accusatio
ni stetur et credatur cum duobus testibus
de uisu / et nomen accusatoris teneatur
in secreto.

De pena duplicanda. Rubrica

In palatio comunis populi / in platea ue
teri / in platea sancte marie / in platea
ceuis burgi / in Ecclesia aliqua ciuitatis pre
dicte ul districtus et quolibet ipsorum locorum / ul
coram potestate / ul aliquo offitiale forensi / in
arenga ul consilio / in luctu / ul nuptiis / in
predicatione / noctis tempore et in taberna siquis
commiserit ul fecerit aliquod malitium dicto
ul facto soluat pro banno duplum pene
contente in capitulo quod de tali malitio loqui
tur / Et intelligatur nox a prima pulsa
tur campana que pulsatur de sero pro cu
stodibus ciuitatis mictendis de nocte usque
ad sonum campane que pulsatur de ma
ne pro custodibus diei. Et intelligatur
platea uetera a crucibus signatis infra
Et platea sancte marie de porta a crucibus
signatis infra. Et platea ceuis burgi a
crucibus signatis infra / duplicentur etiam
dicte pene per singulis malitiis que commictentur
in festo natiuitatis domini / infra octo dies ante
et infra octo dies post / et etiam que commicte
rentur infra octo dies ante festum pasca
tis resurrectionis / et infra octo dies post
Et infra quatuor dies ante festum sancte ma
rie de mense augusti / et quatuor dies post
et infra quatuor dies ante festum beate
firmine de mense nouembris / et infra qua
tuor dies post / et in dictis festiuitatibus
et octauis earum / et etiam duplicentur dicte pene
post reassignationem librorum factam per potestatem
et suos offitiales / et etiam duplicentur uacan
te offitio potestarie in dicta ciuitate. Sta
tuentes et declarantes q. uacante dicto offitio
potestarie duplicatio locum habeat ut di
ctum est per malitio tunc temporis commisso et
non duplicentur pene ex precedenti parte
ex eo uidelicet q. reassignati sint libri predictorum
offitialium / Insuper uolumus statuentes
q. omnes et singuli cuiuscumque conditionis
existant offendentes dicto ul facto ul offen
di facientes aliquem / ex dominis Antianis po
puli dicte ciuitatis durante suo offitio conde
pnentur et puniantur pena quatrupli ei
pene que al ratione dicte offense impo
nenda ueniret de offendentibus aliquam aliam
quamcumque personam ex forma statuti dicte
ciuitatis / Si uero dicta offensio facta fuit fini
to offitio dicti antiani infra annum contra
dictum talem qui Antianus fuisset infra
ipsum annum q. tunc ipse offendens conde
pnetur et puniatur pena dupli eius pe
ne que al imponenda ueniret contra offenden
tes aliam personam que non fuit in ipso of
fitio infra ipsum annum ex forma alicuius
statuti dicte ciuitatis / Addentes q. si quis po
pularis et de populo dicte ciuitatis asso
tiauit aliquem ex nobilibus dicte ciui
tatis ad offendendum aliquem alium popula
rem ciuitatis predicte ul aliquem ex dominis An
tianis predictis / ul eidem offendenti dederit
ul prestiterit ad predicta auxilium consilium
et fauorem condempnetur et puniatur
pena dupli eius pene que al pro tali au
xilio consilio ul etiam assotiatione prestitis al
teri persone quam nobili imponenda ueniret
ex forma alicuius capituli statuti / declaran
tes et statuentes q. simplices dicte pene
in casibus predictis et quibuscumque aliis
in presenti uolumine descriptis agumenten
tur et agumentari possint et debeant ra
tione dictorum casuum usque in infinitum. //

De pena dominorum Antianorum dantium fauorem magnatibus contra populares. Rubrica

Si domini Antiani populi darent fa
uorem seu fortiam hominibus de
grandicia contra populum et eius iuratos
puniantur in centum libr denariorum pro quolibz con

.12.

mictenti et priventur offitio nisi forte po
pulus et jurati essent contra statum ecclesie
et nobiles pro statu ecclesie quo casu non tene
antur ad penam antiani.

Quod quilibet popularis et de populo teneatur iurare ad populum. Rubrica

Quilibet popularis et de populo dicte
civitatis infra terminum statuendum
13 mandato domini potestatis teneatur et de
beat jurare ad sancta dei evangelia et pro
mictere et esse iuxta posse ad omnia que spe
ctant et sunt ad bonum et pacificum sta
tum comunis et populi civitatis amelie
et tempore cuiusque rumoris et suspitionis venire
ad dominos potestatem et antianos populi
et eis et cuilibet ipsorum assistere et obedi
re et favere in hys que mandaverint et eo
rum mandata exequi pro bono et paci
fico statu comunis et populi supradicti et non
ire ad domum alicuius Nobilis qui sit
vel esset extra populum nec sequi nec associa
re dicto tempore suspitionis vel rumoris aliquem
Nobilem vel extra populum contra voluntatem
dominorum Antianorum ad penam centum
libr. den. pro quolibet qui contra dictam formam
iret ad domum alicuius extra populum vel
associaverit et qualibet vice auferendam de
facto Et ad predicta scribenda et recipienda
eligantur per dominos antianos duo boni ho
mines legales qui predicta juramenta et pro
missiones recipiant pro salario per dictos
dominos antianos ordinando Et quod filii
eorum qui iurabunt ad populum et descen
dentes per lineam masculinam ex ipsis iu
rati gaudeant privilegio predictorum iura
torum Et quicumque popularis et de populo
non iurabit ad populum et promictet
ut supra vel ibit tempore rumoris ad domum alicu
ius extra populum vel sequeretur non habeatur
pro populare sed extra populum Salvo si non iu
rando legitimam excusationem habuerit.

De pena facientis Cavalcatam vel guerram moventis.

Nullus de civitate Amelie vel comitatu
movendo se de dicta civitate vel eius
14 districtu vel etiam redeundo ad dictam civita
tem et eius districtu infra quatuor dies
a die facte cavalcate et guerre audeat vel
presumat facere aliquam cavalcatam vel
movere aliquam guerram contra aliquam
universitatem vel specialem personam sine
expressa licentia domini Rectoris vel potesta
tis et dominorum antianorum populi dicte civi
tatis ad penam quinquaginta libr. den. Et
nichilominus contra facientes teneantur ei
effectu satisfacere comuni amelie et etiam
specialibus personis dicte civitatis et distri
ctu quicquid ipsum comune seu speciales per
sone dampnificate fuerint occasione huiu
smodi cavalcate vel guerre.

Quod quilibet Juratus de populo Compareat quando requisitus fuerit ad omnia que voluerint domini antiani. Rubrica

Quilibet iuratus de populo ad sonum
campane et vocem preconis de man
15 dato dominorum Antianorum populi cum armis
et sine armis veniat et venire teneatur
ad plateam comunis et quocumque loco vo
luerint ipsi domini antiani quando esset aliquis
rumor in civitate predicta vel rissa et qui
contra fecerit et non venerit solvat pro
banno comuni amelie centum sold. Salvis
capitulis maiorem penam imponentibus.

De pena dominorum Antianorum Recipientium simoniam. Rubrica

Nullus ex dominis Antianis populi possit
nec debeat per se vel alium aliquo
quesito colore recipere aliquam simoni
16 am ab aliqua speciali persona vel comitate si
dicte vel per obliam ad penam quinquagi
nta librarum et privationis offitii comunis et po
puli civitatis predicte Et si ex ipsa recepti
one simonie resultaret aliquod periculum
unde iurisdictio comunis predicti in aliquo lede
retur vel perderetur quod absit contra facien
tes [illegible] ipsam simoniam solvat nomine
pene quingentas libr. den. Et ipso ab omni
offitio comunis et populi sit privatus, Et quod recie
perit simonie resultat in duplum [illegible] et
ad probationem predictorum sufficiat probatio
unius testis cum sacramento dantis.

Quod Nullus vendat alicui forensi Jura patronatus. Rubrica

26v

17 Nullus de civitate amelie vel eius distri
ctu debeat dare vendere vel concedere
alicui forensi vel non habitanti in dicta civita
te iura patronatus alicuius ecclesie nec aliquas
res communis amelie vel spalium personarum
ad penam centum libr. den. Et nichilominus
dicta venditio concessio vel donatio non va
leat. Et qui contra fecerit teneatur predicta redu
cere ad pristinum statum suis expensis et
hoc bandiatur. Et de predictis teneatur
potestas civitatis amelie inquirere et in
quisitionem facere et procedere ex suo offitio
et ad denumptiationem cuiuslibet et teneatur accusator vel
denumptiator in credentia //

De pena petentis debitum iam solutum Rubrica.

Quia bis idem peti equitas non pati
tur statuimus et ordinamus quod si
18 quis per se vel alium suo nomine molestaverit
aliquem occasione alicuius debiti vel obliga
tionis de quibus vel de qua appareret pub
licum instrumentum refutationis vel pacti de
non petendo vel alicuius liberationis seu pro
tocollum seu debitum solutum petierit quod
solvat pro banno communi amelie tantam
quantitatem quanta fuerit quantitas vel
res per eum petita. Et molestare et petere
intelligatur litem contestando contra ipsum quem
diceret obligatum vel debitorem. Si dictus
obligatus vel debitor de refutatione seu pa
cto seu solutione vel liberatione instrumen
tum dicto molestanti vel petenti cum die et
consule seu protocollum ediderit legendo
et inspiciendo vel per testes probaverit legitimas
et non aliter. Et si [illegible] dicta editione di
cto tempore [illegible] obligatum vel de
bitorem [illegible] eius nomine dictus mo
lestator [illegible]
[illegible]
[illegible]
aliter [illegible]

De pena non probantis accusam. Rubrica.

S[illegible]
[illegible]
19 malitio [illegible]
[illegible]
[illegible]

non probaverit saltim semiplene quod condem
pnetur dictus accusans et non probans in
fine absolutionis fiendo dicto accusato in cer
tum libr. den. cuius pene medietas sit commu
nis amelie et alia accusati. Si vero ex dicto
malitio resultaret pena pecuniaria tamen ex
forma aliquorum statutorum quod dictus accusans
et non probans condempnetur et condemp
nari debeat in quarta parte pene quam so
lvere debuisset dictus accusatus si victus
esset cuius pene medietas sit communis predicti
alia vero sit ipsius accusati. Dum modo predicta
locum non habeant in sindicis comitatus
contra quos volumus et et firmamus quod dicte
pene intelligantur et solvantur sine ali
qua diminutione aliquo non obstante. //

De pena surgentium in Consilio. Rubrica.

Nullus surgat in consilio ad rumorem
et in arrenga vel adunanzia et qui Vid. 6
20 contra fecerit solvat pro banno communi ame
lie viginti quinque libr. den.

De pena procuratis pro aliquo exbandito. Rubrica.

Nullus sit vel esse possit aliquorum exban
ditorum vel alicuius ipsorum procurator
sive advocatus in civilibus sive criminali
21 bus causis. Et qui contra fecerit solvat pro banno
communi amelie viginti quinque libr. et ni
chilominus per curiam non audiatur. Sal
vo quod quando aliquis exbanditus esset presens
quilibet pro eo presente advocatus et procu
rator esse possit sine pena et salvo capitulo
supra posito de modo procedendi contra exbannitos.

De exceptuatis a penis. Rubrica.

A penis malitiorum excipimus infrascrip
tas personas cum moderamine infra
22 scripto ita quod non teneantur ad penam sed ab
ipsa intelligantur esse absoluti aut puniantur i
stanti. Scilicet personas in eadem domo habitan
tes et ad invicem malitia committentes vel
insimul rixantes in casu ubi ex ipso malitio
sanguis non exiret vel si exiret sanguis di
ctus sanguis procederet ex percussione facta
manu vacua vel corrigia et ipse sanguis exi
ret per os vel per nares. Et si dicta malitia
vel aliquod aliud committeretur per filios
vel nepotes contra patres vel avos matrem vel avi
am dicta malitia puniantur secundum formam iuris et

statutorum dicte ciuitatis et ultra ad uolun
tatem patris ul' aui qui talem iniuriam reci
pissent et si e conuerso dicti filij ul' nepotes
iniuriarentur quocumque modo per uiam co
rectionis ul' emendationis et castigationis
que semper presumatur per ipsos patres.
ul' auos ul' et matrem ul' auiam paternam
et maternam quod dicta talia sic comissa sint et
intelligantur esse impunita et sine pena.
Si uero aliquod mallium committentur inter ui
rum et uxorem citra mortem cicatricem
amputat membrorum et enorme lexione
cum sanguinis effusione et ferro uolumus
et firmamus quod dictum mallium esse debeat
impunitum cum castigationis causa factum
esse presumatur et non animo iniuriandi
nisi ipse maritus dictam mortem intulerit
dicte sue uxori et occiderit ex legitima
causa puta quod ipsam inuenerit et reper
uerit adulterantem et adulterium commit
tentem cum alio quibus casibus ul' alter
ipsorum ratione casus mortis ipse maritus
inquietari ul' molestari non possit. Sed si of
ffensiones alique fierent ul' committerentur
inter fratres carnales patruos et auuncu
los et in eorum nepotes uel per ipsos nepotes
in auunculos ul' patruos supradictos habitantes
in eadem domo ul' non ipse offensiones sint
impunite nisi interuenerit enormis lexio
inter eos cum aliquo genere armorum de fe
rro et cum sanguinis effusione quo casu pro
ipsa enormi lexione sic illata puniantur et
condempnentur in integra pena resultante
ex tali offensione et enormi lexione con
missa uero seu committenda infra. Inter
socerum et nurum ul' socerum dicto ul' ffo
puniri non possint ul' debeant ullo modo nisi
sequeretur mors alicuius eorum quo ca
su de ipsa morte ul' mutilatione membrorum
si interuenerit procedi possit et ualeat per
accusam tamen de predictis et non alio modo. Et
si aliquis minor quatuordecim annorum sine
ferro seu genere armorum de ferro aliqu
em percusserit rissando ul' ludendo cum alio
minore xiiij annis in quocumque loco cum
sanguine ul' sine quod tunc ad penam non te
neatur. Sed si cum ferro ul' aliquo genere
armorum de ferro percusserit quod tunc et

puniatur in media pena [illegible] ex ipsa o[illegible]
one mors sequeretur quo casu uolumus habe
at statutum loquens de hac materia.

De pena ementis ius et actionem ab aliquo forense. Rubrica

Nullus de ciuitate amelie ul' eius distr
ictu emat ul' emere debeat ab aliquo
extra districtum amelie et qui non soluat
23 dat in dicta ciuitate aliquod ius et actio
nem quod et quam haberet contra aliquem
ciuem ul' comitatensem ciuitatis predicte
ul' habere possit. Et quod nullus de ciuitate
predicta et eius districtu uendat alicui fo
rensi qui non soluerit datium et faciat
seruitia communis predicti nec alicui Nobi
li forensi aliquod ius et actionem quod et
quam habet seu habere posset contra commune
predictum et spetiales personas de dicta
ciuitate et districtu occasione pecunie et
quacumque alia causa nec etiam aliqua bo
na stabilia. Et qui contra fecerit soluat pro
banno et nomine pene illud totum quod
pro dicta re uendita receperit et contractus
huiusmodi sit nullus et talis emptor in cu
ria ciuitatis amelie per potestatem ul' eius
offitiales nullatenus audiatur ad penam
centum librarum denariorum de suo salario. Et quod null
us forensis cuiuscumque conditionis existat
possit habere aliquod offitium ul' aliquam
dignitatem in dicta ciuitate nisi ipse foren
sis aut parentes sui moram traxerint in
dicta ciuitate ul' districtu per quinquaginta
annos. Et quod potestas teneatur facere
executionem ad penam xxv flor. auri
Et hoc capitulum sit adeo precisum quod tolli
ul' cassari non possit aliquo consilio ul' arenga

Quod nullus intromictat se in causis habitis occasi one alicuius ecclesie. Rubrica

Nullus in causis habitis ul' que habe
rentur ul' nasci possent occasione
alicuius ecclesie seu ecclesiarum electionis
24 beneficij et prebende aliquem clericum ul'
consanguineum debeat sonare fouere ul'
dicere ul' contendere ul' in fauorem [illegible]
cuius clerici ul' alicuius consanguinei la
yci ul' clerici ad ecclesiam ul' possessionem ali
cuius ecclesie ex qua lix esset ul' [illegible]
quocumque modo ul' contra aliqua [illegible]

cognoſcente ul' ſe modo aliquo uerbis uel fa
ctis in talibus contentionibus immiſcere.
Sȝ ipſi clerici qui comodum eorum conten
dunt dampnum ſentiant ul' jacturam qu
antum juſtitia caſus fortius miniſtrabit
et quicumque conſanguineus laycus contra
fecerit in predictis ul' aliquo predictoruȝ
pro dc̄o quinquaginta libr' den̄ pro facto au
tem ſoluat quatrulum pene contente i ſta
tutis de tali materia loquentis. Saluo q aduo
cati et procuratores et notarij pari nu
mero per partem in ipſius comunis et in
foro Ecclesiastico tm̄ patrocinare et ſcribere
et procurare poſſint ſine pena.

De pena facientis Caualcatam contra
Comun̄ Amelie. Rubrica.

Si quis autem fecerit caluacatam
ul' in caualcata fuerit ul' congrega
tione facta contra comune Amelie uel
25. eius diſtrictum ad offendendum uel da
mpnum faciend' condampnetur in auere
et perſona comuni amelie ita q omnia
et ſingula ſua bona ſint comunis predc̄i
et dicto comuni ſimaliter condempnen
tur et applicentur et publicentur de tra
cta emendatione dampn̄ paſſi penitus fa
ciend'. Et ſi aliquo tempore in fortiam co
munis deuenerit paſmetur ita q mori
atur. Et hoc capitulum tolli non poſſit
hoc tm̄ addito q unicuiq ſit licitum ta
les caualcantes capere offendere et occi
dere ſine pena.

De pena facientis bellum et intrantis
aliunde q̄ per portas. Rubrica.

Bellum in ciuitate Amelie ſi quis fe
cerit currendo per ciuitatem e
queſter ul' pedeſter ul' facere aceruitauit
26. ad aliquem ictum ueniendo pena capi
tis puniatur ita q moriatur. Si quis mu
ros dicte ciuitatis perforauerit ita q adit
per ipm̄ foramen per hominem fieri poſſit
q puniatur pen̄ ducent' libr' abſq aliqu
diminutione. Si uero homines ul' gentes im
miſerit ſeu miſſi fecerit ul' conſeferit
aliquid in dicta ciuitate per quod ſtatus pa
cificus ciuitatis perturbetur ul' per tur
bari poſſ capite puniatur.

De pena falſificantis Ceram. Rubrica.

Mercatores ſeu merciantes qui cerā
laborant et uendunt teneātur et
27. debeant ipām ceram pure laborare et
uendere ſine aliqua malitia quibuſcūq
uolentibus et qui in ipām ceram ul' tor
ticijs ul' candelis quas uendet falzitatem
committere preſumpſerit termentina ul'
aliarium rerum fraudolenter macchin
anter ſeu in miſſo ſeu in micteret in dc̄is
torctijs candelis ſeu cereis ul' faculis ſtu
ppam ſeu canapem malitioſe ſeu ſtudioſe
puniatur pro qualibet uice et pro quolibet
predc̄orum in decem libris den̄. Et poteſtas
poſſit p inquiſitōem procedere.

De pena facientis Cinerem. Rubrica.

Nullus in ciuitate amelie uel eius di
ſtrictu poſſit ul' debeat facere ul' fi
28. eri facere cinerem in ſiluis comunis uel
in bonis alterius ad penam decem libr' d.
ſine aliqua diminutione.

De Nemo faciat impedimentuȝ Calſo
larys in Lauatorio piſciarelli. Rubrica.

Nullus faciat impedimentum aliq
uod calzolarijs in lauatorio piſcia
relli nec aliquam turpitudinem nec mi
29. ctat canepām uel linum ad macerand'.
Et qui contra fecerit ſoluat pro banno
comuni amelie quatraginta ſol' d. Et quilibet
poſſit de predictis accuſare et denupti
are et habeat terciam partē banni.

De Nullus badat ad aliquam terram
ubi fieret congregatio gentiuȝ. Rubrica.

Nullus uadat ad aliquam terram
ubi fieret aliqua congregatio gē
30. tium occaſione partis ul' cauſa capien
di aliquam terram uel caualcand' ſine de
liberatione dn̄i poteſtatis dominorum
Antianorum et decem de populo ad pe
nam centum libr' pro quolibȝ equite et
uigintiquinque librarum pro quolibet
pedite ſine diminutione aliqua.

De pena homicidium Committentis.
Rubrica.

Si quis ſpiritu diabolico inſtigatus
ſtudioſe et appenſate interfecerit
uel occiderit aliquem ciuem uel comita
31. tenſem ciuitatis amelie cum armis uel

sine in ciuitate uel comitatu amelie uel
extra in quocumque loco de die uel de nocte
puniatur et condampnetur per potestatē
ciuitatis predicte pena capitis ita q eidē
capud a spatulis amputetur ita q moria
tur. Si uo dictus homicida non uenerit i
fortiam comunis predicti ita q executio p
sonalis non fieret contra eum q tunc o
mnia bona dicti homicide deueniant ad
manus dicti comunis et q ipm comune
de ipis bonis fructus percipiat et habea
absque spe restitutionis donec dictus hom
icida uenerit in dictam fortiam et ipa i
executio fieret contra eum. facta uo di
cta executione ipa bona ipo iure pertin
eant et reuoluta ee intelligantur ad her
des ipius homicide. Si uo non studiose et
non appensate tale homicidium conmisis
set casu inopinato ul fortuito aliquali
seu culpa et hoc legitime constiterit po
testati ul eius judici mallioz tunc dict
homicida lz als de iure puniendus non
ueniret ad auferend materiam dictum
mallium conmictend et dco modo condē
pnetur et puniatur in ducent libr deñ
Et hoc locum habeat in maioribus duode
cim annoz dictum mallium conmictēt
minores uo duodecim annorum et infa
ntes non doli capaces pro predictis non
teneantur ad penam. Et intelligantur do
li capaces si fuerint decem annorum et
ab inde supra quo casu dicti doli capaces
usque in dictum duodecennum annum incl
usiue pro homicidio conmisso per eos stu
diose et appensate condempnentur et pu
niantur in mille libr deñ quam penam si
non soluerint infra decem dies a die late
Sñie computandos q una manus ampute
tur eisdem. Si quis uo ciuis ul comitaten
sis studiose et appensate occiderit seu in
terfecerit in ciuitate ul comitatu amelie
aliquem forensem q tunc dictus homici
da condempnetur et puniatur in ea pena
que statuta est et reperitur pro simili mal
fitio in terra dicti forens occisi si ibi est re
peritur et producitur statutum expresse i
loquens et determinate de ipa pena homi
cidij qd conmicteretur in forens et q in

dicto casu quando ciuis ciuitatis amelie ul
comitat dicte ciuitatis occideret ul inter
ficeret aliquem forensem ut dictum est
tunc talis homicida de amelia ul eius co
mitatu teneatur et debeat docere et oste
ndere statutum terre unde esset dictus
forensis occisus quando ex dicto statuto di
ctus talis homicida juuari uellet si dictus
occisus esset de terra nota et non distant
a ciuitate amelie ultra centum miliaria
Et hoc docere et ostendere teneatur et de
beat in tempore et dilatione dand et que
dabitur per dnm potestatem uel eius judi
cem dicto tali homicide quod tempus siue
dilatio statuatur et declaretur per dnm
potestatem ul judicem eius secundum di
stantiam terre unde esset dictus talis oc
cisus prout melius uidebitur ipis dom
no potestati uel judici infra quod tempus
siue dilationem datam et assignatam ut dic
tum est dicto homicide si legitime non doce
bit siue ostendet statutum publicum prop
ter quod juuari uellet tunc puniatur pe
na capitis supradicta. Sz si dictus occisus
forensis esset ex toto ignotus uel de terra
ignota ul distant ultra centum miliaria
uel si in terra dicti occisi statutum de dicta
materia non loqueretur uel generaliter
et indeterminat in supdicto casu q tunc
in casibus supradictis et quolibet eorum
dictus homicida condempnetur ad penā
mille librarum comuni soluend. Et si eam
non soluerit infra decem dies a die late
sententie contra eum ubi esset in fortia di
cti comunis ul infra decem dies postq ue
nerit in ipam fortiam q tunc capite pu
niatur. Si uero ad suam defensionem et
pro se defendendo cum moderamine incu
lpate tutele aliquis aliquem interfecerit
uel occiderit tunc si constiterit legitime
dictus homicida homicidium conmisisse
ad sui defensionem et pro se defendendo
ut dictum est ad penā nullatenus teneat

De pena mandatis et auxiliantis .R.

.32. Si quis mandauerit alicui q [illegible]
ciat et faciat homicidium [illegible]
homicidium secutum fuerit uel [illegible]

[illegible] in ipso actu occisionis assotiaue
rit dicendo eidem facinus secure uel noli ti
mere uel percutias eum uel retinendo deinde
occisum per personam ut se defendere non
possit puniatur et condempnetur ac si ue
re homicidium perpetrasset et secundum
limitatam et dispositam penam in proximo
precedenti capitulo. Si uero alijs modis sci
enter eidem homicide ante uel post ipsum
homicidium commissum quis prestiterit se
seu dederit auxilium consilium uel fauo
rem tunc condampnetur et puniatur pena
quingentarum libr. den. Si uero ad alia quecumque
maleficia committenda quis alicui prestiterit
seu exibuerit scienter auxilium consilium
uel fauorem tunc si pena principalis malleficij
commissi esset pecuniaria condempnetur et
puniatur in medietate dicte pene. Sed si pe
na ipsius mallefitij esset personalis principa
liter condampnetur et puniatur dicto ca
su pena quingentarum libr. den. Et si dictam
penam non soluerit infra decem dies a die
late sententie conputandos una manus
amputetur eidem ita quod a bracchio separetur.

De pena assassinorum. R(ubri)ca

Ad reprimendum auaritiam plurimo
rum qui maxime corrupti pecunia
aut precibus promictunt aliquem inter
33. ficere qui proprie assessini uocantur hac
lege perpetuo ualitura sancimus quod si quis
de ceteris assessinus et more assessini corru
ptus precibus uel pecunia aliquem interfece
rit uel occiderit uel interficere seu occidere
actemptauerit ad aliquem locum ueniendo
et si capi poterit statim ueritate prehabita co
ndempnetur et ducatur trascinando ad cau
dam cuiusdam asini usque ad locum Justitie
consuetum et ibi pastinetur in terram mor
tuus ita quod moriatur ibidem et si haberi non
poterit condempnetur ad dictam penam et
intelligantur assessini eo ipso quod appareret do
mino potestati uel Judici per confessionem
ipsius etiam factam extra Judicium cum qua
cumque persona quod conductus fuerit ab alio
ad dictum homicidium committendum per
pecuniam uel per preces uel eo ipso quod constaret
in aliquo loco pena quamcumque personam pro

ipso factum esset depositum alicuius rei uel
pecunie quantitatis seu Instrumentum alicuius
promissionis uel si aliter legitime probaretur co
ntra quem dictus dominus potestas summa
rie et de plano absque sollempnitate Juris uel
statuti dicte ciuitatis procedere possit et ua
leat non obstantibus aliquibus supra uel
infra positis.

De pena proditorum. R(ubri)ca

Si quis tante proteruitatis existat quod
pacifice uiuere non contentus pre
sumserit uel actentauerit aliqua moliri
34. pro corruptione et mutamento communio
nis et presentis pacifici status dicte ciui
tatis amelie uel aliquam seditionem seu
tumultum commiserit siue fecerit in ciui
tate predicta uel aliquem tractatum inier
it tractauerit fecerit uel ordinauerit cum
quacumque persona sub quocumque colore ue
rborum pro mutamento predicto uel ita quod
ipse status pacificus posset uerisimiliter per
turbari etiam si perturbatio non sequeretur
et ipsum prodimentum non fuerit dummodo
fuerit reuelatum eidem domino potestati
uel iudici uel dominis antianis qui pro tem
pore erunt seu eis constiterit de predictis
per aliqua uerisimilia Judicia que moue
rint animum Judicantis ita quod in tali pe
ccato fuisset repertus quod statim extermi
nato furore trascinando ducatur ad locum
Justitie consuetum et ibidem pastinetur
more uitis in terram ita quod moriatur. Et
quod omnia sua bona publicentur et pub
licata sint et sic esse intelligantur dicto
communi etiam si filios haberet proditor
supradictus cuius predicti filij o sint In
fames et priuati ab omni offitio et benefi
tio communis predicti et in ipsa ciuitatem
predictam aliquo tempore morari non possint
contra quem taliter delinquentem uel pro
ditorem uel actentantem predicta facere
uel conmictere publice uel occulte dictus
dominus potestas et eius Judex possint
et ualeant teneantur et debeant inqui
rere et procedere et dicta pena punire
et condempnare obmissa et non seruata
sollempnitate quacumque et etiam temporibus
feriatis sumarie sine strepitu et figura

iudicij et ad torturam procedere possint
pro ut eis uidebitur pro inuestigatione
predictorum ita quod de hiis que fecerint in
predictis non possint uel valeant sindicari
non obstantibus aliquibus statutis uel le
gibus que in contrarium loquerentur. Et
hoc capitulum legatur quolibet mense in
consilio generali quod si non fieret puniatur
tur cancellarius in decem libris pro qua
libet uice. Et hoc capitulum scribatur in
palatio comunis licteris grossis infra me
nsem a die publicationis presentium supra locum
arrengerie.

De premio referentis prodimentum. Rubrica.

Ut premiorum exortatione retragantur
a malo et ad bonum publicum reducan
tur homines et persone dicte ciuitatis et
35 quilibet alius. Statuimus et firmamus
quod si quis cuiuscumque conditionis existat
ciuis uel forensis sponte manifestauerit
dixerit uel ad notitiam domini potestatis
deduxerit uel etiam dominis antianis aliq
uem tractatum prodimentum inlicitum
coniurationem seditionem uel aliquid
aliud propter quod status pacificus comunis dicte
ciuitatis mutari posset uerisimiliter et ips
am manifestationem probauerit aliquo
dictorum modorum supra in proximo ca
pitulo scriptis contentorum ante quam dictus
dominus potestas processum initiauerit seu
initiasset contra dictum talem delinquen
tem modis in dicto proximo capitulo scrip
tis uel aliquo predictorum. Et intelligatur
processus initiatus eo ipso quod copiam eius mi
serit cancellario pro ut tenetur ex forma
statutorum quod tunc dictus manifestans di
cens uel ad notitiam deducens etiam si fu
erit culpabilis de aliquo predictorum ad pe
nam non teneatur set loco sui premij sit i
exemptus a dicta pena. Et nichilominus ha
beat et habere debeat pleno iure medieta
tem bonorum eius qui condempnabitur i
dicta de causa et propter manifestationem
predictam de qua medietate sit et efficiatur
uerus et legitimus dominus et possessor aucto
ritate presentis iuris et legat [illegible]
[illegible]

Processus qui intelligatur initiatus
et alias post ce
du la parti
tras missa

De exfortiamento mulierum et pena adulterii. Rubrica.

Si quis exforzauerit ut carnaliter co
gnoscat uel per uim carnaliter cog
nouerit aliquam mulierem viduam seu
36 uirginem seu nuptam bone conditionis
et fame uel alteram ipsarum de ciuitate
uel comitatu amelie ita quod cum ea concu
buerit uiolenter pena capitis condemp
netur et puniatur et intelligatur exfor
zamentum uel uiolentia et non aliter
si legitime probentur et non presump
tione iuris comunis nec prosit uel obsit
in predictis dictum uel excusatio mulier
is taliter cognite. Si uero non per vim
uel violentiam nec exforziando aliquis
ciuis uel comitatensis carnaliter cognou
erit aliquam ex predictis mulieribus ci
uibus uel comitatiuis viduam uel uirgi
nem seu disponsatam uel maritatam si qui
dem in domo ipsius talis mulieris bone fa
me et conditionis uel patris fratris carna
lis uel mariti eius condempnetur et pu
niatur pro quolibet et qualibet uice in
viginti quinque florenis auri et hec si pre
dicta commissa fuerint in domo posita in ci
uitate amelie. Si uero non in ciuitate ame
lie set in comitatu et domibus comitatus
palearys [illegible] seu griptis et alijs
quibuscumque locis seu in domo masculi predicta
conmiserint quis conmiserit predicta co
ntra uolentem et eam uolentem carnaliter
cognouerit condempnetur et puniatur
in quinquaginta libris denariorum. Si uero
dicta mulier vidua maritata virgo uel di
sponsata fuerit non bone conditionis [illegible]
[illegible] diffamata quod consueuerit hec commit
tere et aliquis eam uolentem cognouerit
carnaliter [illegible] loco extra [illegible]
[illegible] uel [illegible] mariti [illegible]
condempnetur et puniatur pro quolibet
et qualibet uice in viginti quinque libris
denariorum. Si uero dicta mulier [illegible]
vidua maritata bone fame [illegible]
et per uim [illegible]
exforzata et intelligatur [illegible]
[illegible] condempnetur [illegible]

dictus congnoscens eam dicto modo in
ducentum libris denariorum / Si uero co
ngnouerit eam uolentem condampnetur
in quinquaginta libris denariorum / Si uero
uero fuerit dicta mulier forensis mere
trix uel non bone fame uel de meretricio
aliqualiter diffamata et eam uolentem
quis congnouerit carnaliter ad penam
aliquam ipse congnoscens non teneatur
Si uero per vim fuerit cognita etiam
meretrix uel diffamata quod tunc iniuriam
inferens si extra ipsam cognitionem car
nalem condampnetur et puniatur ac si
alicui ciui masculo intulisset ipsam in
iuriam uel delictum ex forma statuto
rum dicte ciuitatis Addicientes et decl
arantes quod mulier nupta alias bone fa
me adulterium commictens pena capi
tis puniatur et eius dotes viro proprio
applicentur et ipso iure applicate esse
intelligantur et sint. //

De Sodomitis et eorum penis. R[illegible]

Abhominabile vitium sodomiticum
extirpare curantes cuius causa in
pestilentie insurgunt etiam et rugine sta
37 tuimus et ordinamus quod si quis cuiuscumque
conditionis existat dictum vitium contra
naturam cum aliquo commiserit in ali
quem puerum strupauerit uel carna
liter contra naturam congnouerit in quo
cumque locho de die uel de nocte siue vole
ntem siue per vim Siquidem ipse commi
ctens abominabile vitium fuerit maior
viginti annorum usque ad triginta annos
condampnetur et puniatur in quingentis
libris denariorum Et si dictam penam non
soluerit infra decem dies post latam sen
tentiam contra eum penam predictam
in duplum soluere teneatur / Si uero fu
erit maior triginta annorum dictum
maleficium commictens condampnetur in
[illegible] et flammis igneis comburatur ita
quod moriatur Si uero fuerit minor
viginti annorum maior tamen quatuordecim
annis quod exempli causa nudis car
nibus fustigetur per totam ciuitatem
[illegible] fuerit quatuordecim annorum

et infra cuiuscumque status existat condam
pnetur et puniatur in viginti quinque li
bris denariorum absque diminutione ali
qua Et si iterato commiserit nudis car
nibus fustigetur ut dictum est. //

De falsis testibus et pena falsitatis

Falsos testes si quis produxerit uel
falsum testimonium fecerit seu
38 deposuerit soluat pro quolibet teste et
quolibet teste centum libras denariorum
quam penam si non soluerit infra decem
dies a die late sententie contra eum co
putandos quod dictam penam in duplum sol
uere teneatur Qui uero falsum instru
mentum scripserit aut in iudicio prod
uxerit eamdem penam soluere teneatur
cum conditione predicta Monetam fal
zam cuiuscumque generis et conditionis
in dicta ciuitate uel eius districtu si quis
fabricauerit uel fabricari fecerit igne
conburatur ita quod moriatur Et potestas
dicte ciuitatis uel eius vicarius puniat
et condampnet talem uel tales fabrica
ntes dictam monetam in pena predicta
Et quicumque scienter portauerit ad dic
tam ciuitatem aliquod genus moneta
rum falzarum valoris centum soldorum denariorum
si bone essent et abinde infra puniatur
et condempnetur per dictum potestatem
uel eius iudicem in quinquaginta libris
denariorum Et si non soluerit infra
decem dies a die late sententie contra
ipsum quod dictam penam ad duplum soluere
teneatur Abinde uero supra usque in quan
titatem decem librarum puniatur in centum
libris denariorum quas si non soluerit in
fra dictum tempus ad duplum soluere te
neatur A decem libris supra puniatur per
potestatem et eius iudicem in quingentis libris
denariorum quas si non soluerit ut dictum est infra
dictum tempus ipsam penam in duplum et soluere tene
atur Et si quis falzam monetam scienter
expendiderit usque in quantitatem viginti
soldorum denariorum simul uel diuisim et abin
de infra usque in quinque soldos puniatur in decem
libris denariorum Abinde infra puniatur

require Rub. nullibi reperit[illegible]

in centum solidis. Si uero a uiginti so
lidis supra usq; in decem libr. puniatur
in quinquaginta libr. denariorum. Et ab
inde supra in centum libris denariorum
quam penam si non soluerit infra dictum
terminum in duplum ut supra soluere
teneatur. Et ad probationem autem
omnium et singulorum predictorum
Fama malitiorum sufficiat publica fama proban
da per quinq; testes fide dignos cum ali
quo alio inditio uerisimile et aliter torque
ri non ualeat non obstantibus aliquo statu
to et ordinamento in contrarium loque
nte. Si quis uero accaptum uel Simoni
am receperit ut prestantiam pro comu
ni ei uel alicui eleuet uel imponat solu
at comuni pro banno quinquaginta libr.
denariorum et accaptum uel Simoni
am restituat ac dampnum emendet quod
euenerit ob turpitudinem predictam.
Et quicumq; aliquam fraudem commiserit
in suo offitio habito a comuni soluat di
ctam penam si alia pena expressa non
esset in statuto de eadem fraude declara
ntes et quod in quolibet dictorum casuum
ipsi delinquentes in predictis uel ipsorum
altero ad eorum perendem infamiam
mitrentur, propterea sint infames et ab omni
offitio sint priuati absq; spe restitutionis
in integrum dummodo locho dicte mi
tre soluere possint quingentas libras
denariorum comuni Amelie sine ali
qua diminutione.

De dolose referentibus et eorum pe nis. Rubrica.

Quia multi dolose et fraudolenter
conantur aliquos infamare et
que uera non sint referre zizaniam se
39. minantes. Statuimus et firmiter ordina
mus quod quicumq; aliquod nouum ad in
famiam alicuius traxerit et dixerit quod
tragi possit ad zizaniam ciuitatis et tur
bationem eius uel dominum potestatem
seu eius iudicem malitiorum dolose et fra
udolenter informauerit contra aliquem
de aliquibus que uera non essent que
si uera fuissent personali uel corporali
pena puniendi uenirent et condempne
tur et puniatur absq; diminutione in
quatringentis libr. denariorum et quod mi
tretur et mitratus ducatur per ciuita
tem predictam dummodo locho dicte
mitre soluere possit quingentas libr. den.
sine aliqua diminutione. Et si dictam pe
nam non soluerit infra decem dies a die
late sententie contra eum quod dictas penas in
duplum soluere teneatur. Si uero dicta
relata per eum de quibus dictum potes
tatem informasset existentia uera pecu
niaria puniendi ueniret quod tunc dictus
referens dolose et per mendacium conde
pnetur et puniatur in ducentis libris de
nariorum absq; diminutione aliqua. Et
si dictam quantitatem Cammerario dicti
comunis non soluerit cum effectu quod cum
dicta mitra in capite fustigando ducatur
per totam ciuitatem predictam nudis
carnibus ita quod hec pena pro statu predi
cto ceteris transeat in exemplum dum
tamen quod loco dicto mitre ac frustis [illegible] libr. de
nariorum ut supra soluere possit. Et quod
hoc capitulum bandiatur et legatur in co
nsilio generali quolibet mense per cance
llarium dicti comunis ad penam decem libr. [illegible]

De pena capientis columbos et ru mpentis columbariam. Rubrica.

Statuimus et firmamus ad hoc ut
columbarie melius conseruentur
quod nullus audeat uel presummat in aliqua
40. sua re uel loco extra muros ciuitatis Am
elie facere uel tenere aiolum seu cappan
nellum cum dicto aiolo cum uenatio uel
alio sem[illegible] quocumq; uel etiam cum rete
uel cum [illegible] allocteria uel balista uel archu
laqueis uel aliis instrumentis capere uel
occidere aliquos columbos domesticos
consuetos stare in aliqua palomaria ad
penam decem libr. denariorum usq; in quin
que paria columborum in eius [illegible] a quin
que paribus supra ad penam uiginti [illegible]
inque libr. Et nichilominus dictos colu
mbos uel eorum extimationem in duplum re
stituat dampnum passo. Et huiusmodi [illegible] do
mino palombarie destruere [illegible]

sua auctoritate in quocumque loco staret ul
teneretur absque pena nec etiam possit ul
audeat aliquis rumpere seu frangere q
sam columbariam uel retem ponere su
pra eam ad penam centum libr denari
orum. Et de predictis possit et debeat i
quiri et quilibet possit esse accusator
et denumptiator et ipse denumptiator
secretus teneatur et habeat quartam
partem pene eius quod deuenerit in
comuni. Et ad probationem predicto
rum sufficiat sacramentum denumpti
antis uel accusantis cum dicto unius te
stis dum modo non possit esse testis do
minus columbarie de cuius interesse a
gitur uel aliquis de sua familia. Ordina
ntes quod par pipionum vendi debeat qu
inque sold et non ultra ad penam quatrag
inta sold vendenti contra dictam formam
Et quod licitum sit unicuique columbariam
habenti accipere columbos captos quos
inuenerit capienti etiam si de sua colum
baria non essent.

De pena laborantis terras exbandito
rum sine licentia. Rubrica

Nulla persona presummat laborare
uel laborari facere de bonis exban
q 1 ditorum dicti comunis sine licentia Sin
dici dicti comunis de qua licentia appare
at scriptura manu cancellarii comunis
predicti. Et qui contra fecerit pro qualibet
uice puniatur in decem libris denariorum
super quibus potestas inquirere faciat et
procedere debeat ex suo offitio ad petitio
nem cuiuslibet postulantis [illegible] dictam pe
nam et [illegible] tenet uel possidet de bo
nis alicuius exbanditi dicti c[illegible] de
quibus ipse exbanditus tempore sui exb
andimenti [illegible] teneatur et de
beat [illegible] publica
tionis [illegible] comuni pre
dicto [illegible] qui predicta ne
[illegible] decem libri denariorum puni
atur et [illegible] que habet in di
[illegible] prefata [illegible]
[illegible] et [illegible] restituat
[illegible] dicti [illegible] dictum te

terminum restitueret omni iuri quod ha
beret in ipsa re quo iure uti possit contra
Sindico tam dicti comunis ad omnem le
gitimum actum requisito de quibus po
testas qui tunc fuerit teneatur et possit
suo offitio ad petitionem cuiuscumque pet
entis contra omnes et singulos qui non se
ruarent predicta procedere et quos culp
abiles esse inuenerit condempnare. po
testas uero qui predicta seruare neglexe
rit decem libr de suo salario perdat que
deueniant in comuni.

Quod unicuique sit licitum tenere accipi
trem ante domum. Rubrica

Statuimus et ordinamus quod uni
cuique sit licitum tenere aucupatio
q 2 nem et uenationem cuiuscumque conditio
nis ante domum suam seu apotecham et
ubicumque placuerit dum modo extra di
ctam domum seu apotecham ita quod bene
uideri possit ad penam centum sold pro
quolibet et qualibet uice qua contra fe
cerit absque pena non obstante aliquo sta
tuto uel ordinamento in contrarium lo
quente. Et quod unicuique sit licitum ante do
mum suam uel apotecham uel sue habi
tationis retinere tam in discho tam in te
rra ad uendendum olera et caules et alia
prout eis uidebitur et placebit non ob
stante aliquo statuto supra uel infra po
sito quod in contrarium loqueretur.

De pena publici et famosi latronis. Rubrica

Ad hoc ut malitia grauissima puni
antur et strate ciuitatis Amelie
et eius districtus sint secure. Statuim
q 3 us et ordinamus quod si quis derobauer
it aliquem seu aliquid alicui uiolenter
acceperit in strata publica qua itur a
ponte Sancte Marie in canali ad ciuita
tem ortanam seu in aliqua alia strata pu
blica districtus ciuitatis amelie uel inter
dictam ciuitatem puniatur et puniri
debeat derobator ad mortem ita prout fu
rcis laqueo suspendatur ibi ubi crassatus
fuerit siue deliquerit. Et hoc intelligatur
in derobatore publico et famoso. Alias si


non publicus et famosus fuerit latro et
dirobauerit aliquem in dictis locis uel
aliquo ipsorum tunc puniatur et conde
mpnetur in quatruplo pene contente i
capitulo de furto loquenti Si uero ali
bi quam indictis locis et stratis aliquis nõ
publicus et famosus per vim alicui ali
quid acceperit condempnetur et puni
atur in duplum pene statute contra fu
rem secundum casus et modos in proxi
mo sequenti capitulo declaratos posi
to sub rubrica de pena furis

De pena furis. Rubrica

Ut metu penarum arceantur a fur
tis quos dei timor non arcet a malo
Statuimus et firmamus quod si quis non a
·44· lias male fame de domo griecta uel capp
anna alicuius furatus fuerit uel accepe
rit quod sit ualoris et extimationis cen
tum soldorum et ultra usque ad decem li
bras si de die soluat nomine pene ducen
libr. denariorum Si uero fuerit minor
ris extimationis centum sold. usque ad q
traginta sold. soluat pro banno comuni
amelie quinquaginta libr. denariorum
Si uero fuerit minoris extimationis ce
ntum a quatraginta sold. infra usque ad
uiginti sold. soluat nomine pene uiginti
quinque libr. denariorum Si uero fuerit
extimationis xx sold. et abinde infra so
luat nomine pene decem libr. denario
orum Si uero fuerit maioris extimatio
nis decem libr. et a decem libris supra
usque ad uiginti quinque libras soluat no
mine pene iij libr. denariorum Si uero
a xxv libr. supra usque in quinquegin
ta libr. soluat nomine pene iij libr. de
nariorum Set si esset ualoris a quinque
ginta libr. supra usque ad centum libras
soluat nomine pene vi libr. denariorum
Et si fuerit extimationis a vi libris
usque ad centum florenos auri soluat
nomine pene mille libr. denariorum
Set si fuerit extimationis a centum flo
renis auri supra furcas suspendatur
omnino ita quod moriatur etiam si nullum
aliud furtum fecisset. Si uero ex eis uel
ea nichil extrasserit soluat nomine pe
ne v libr. denariorum Set si in pani do
mum griptam uel cappannam intrau
erit aliunde quam per hostium consuetum uel
per hostium aperiendo uel rumpendo ip
sum hostium soluat nomine pene quali
bet uice xxv libr. denariorum et si ni
chil extrasserit ex ea. Si uero domum
grictam uel cappannam extra ciuitatem
et castra predicta si quis fregerit uel in
trauerit animo furandi et exinde aliquid
extrasserit ualoris decem sold. et ultra
soluat pro banno comuni L.ta libr. denari
orum Si uero fuerit ualoris a decem sold.
infra soluat pro banno decem libr. denari
orum. Et nichil extrasserit soluat quinque
libr. denariorum. Et in omnibus predictis
casibus dampnum emendet patienti in du
plum Si uero talis fur dictas penas non
soluerit in casibus predictis infra termi
num in sententia statuendum qui non exce
dat decem dies penam predictam in duplum
soluere teneatur. Si autem talis fur fuerit
homo male fame et plura furta commiserit
diuersis et seperatis temporibus tunc [illegible]
ctius fur suspendatur per gulam ita quod mo
riatur.

De pena non trahentium ad Rumorem. Rubrica

Si aliqua offensa realis uel perso
nalis commissa fuerit in districtu
et territorio ciuitatis amelie omnes et
45 singuli propinqui et circumstantes locho
commissi malleficii statim trahere debeant
ad ipsum locum et offensos iuuare propo
sse et fugare huiusmodi offendentes cape
re et detinere et in fortiam comunis duce
Et si in huiusmodi succursum dicti offen
dentes seu aliquis ipsorum offendentium
offensionem realem seu personalem reci
perint quod illi tales sic currentes ad penam
nullatenus teneantur nisi forte offende
ns habuisset ante et haberet aliquod
hodium uel liuorem hodii cum offenso
ex quo possit presumi quod fecerit ad ue
ndictam quo casu puniatur secundum fo
rmam statutorum. Si uero circumstan
tes et propinqui predicta non fecerint



in quinquaginta libr. denariorum monete
currentis per tempora pro quolibet puni
antur. eisdem auferend. per potestatem de fa
cto. et quilibet possit contra facientes denu
mptiare et accusare. et credatur eius sa
cramento cum uno teste et habeat medi
etatem banni.

De capiendo furem. Rubrica.

Quilibet liceat furem uel qui fura
uerit infra tres dies a die commissi
46. malleficij capere et denumptiare et curie pr
esentare et etiam cum furtum ipsum po
rtaret ubique locorum. Et si ipsum offen
derit sine morte non teneatur ad penam
dum modo talis fur uel furtum portans
se defenderet uel diceret se nolle permicti
ad curiam presentari et hoc non habe
at locum in dampnis datis nec etiam habe
at locum in furto commisso a decem sol
dis infra.

De pena ementis bladum ultra unam salmam. Rubrica.

Nulla persona emat in platea ciuita
tis amelie una et eadem die ultra
unam salmam grani et qui contra fecer
47. it in quatraginta sold. denariorum punia
tur uice qualibet ipso facto Et quilibet
g. rub. 49. possit contra facientes denumptiare et ac
cusare et habeat quartam partem ban
ni et teneatur in credentia Et nichilomi
nus per dominos antianos populi eliga
tur quatuor custodes celati ad denumptia
ndum predicta et habeant dictam par
tem quorum et cuiuslibet alterius denu
ptiationi stetur et cum uno teste credatur
ydoneo et fidedigno.

Quod quicumque receperit fructus de bonis exbampnitorum debeat reassignare Cammerario Communis. Rubrica.

Quicumque actenus [illegible] a quinto
anno citra uel ante quandocumque
48. perceperit aliquos fructus de bonis alic
uius exbanditi dicti communis de quibus esse
exbanditus erat in possessione tempore
exbandimenti sui teneatur et debeat ip
sos fructus infra unum mensem a pub
licatione presentis statuti cammerario dicti
communis integre assignare. hij uero qui
aliqua bona exbanditorum laborant
ad presens teneantur fructus pendentes
restituere cammerario predicto et qui in
predictis uel aliquo predictorum fuerit
negligens in libris decem uice qualibet
puniatur de quibus et quolibet predi
ctorum potestas ex suo offitio et ad peti
tionem cuiuslibet petentis teneatur inq
rere et inuentos culpabiles condempna
re. Quod si potestas si negligens fuerit in
quinquaginta libris denariorum tempo
re sui sindicatus debeat condempnari.

De pena ementis bladum infra muros Ciuitatis. Rubrica.

Nulla persona emat granum uel ali
quod genus bladi infra muros ci alt. s. in pro
uitatis amelie per se uel alium causa re posito rub. 41.
49. uendendi et qui contra fecerit in decem
libris uice qualibet puniatur Et quili
bet possit contra facientes denumptiare
et accusare et habeat quartam partem
banni et in credentia teneatur et credatur
sacramento denumptiantis cum uno te
ste fidedigno ad que denumptianda et in
uestiganda eligantur quatuor homines
fidedigni qui sint custodes celati quorum
denumptiationi et cuiuslibet ipsorum
relationi stetur cum uno teste fidedigno
et habeat dictam partem banni et in
credentia teneatur. Et quod nulla persona
emat granum siue aliquod bladum quod
per aliquem forensem siue comitatensem
defertur ad ciuitatem predictam alibi
in dicta ciuitate quam in platea ueteri com
unis uel in cruce burgi Et qui contra
fecerit in decem soldis uice qualibet pu
niatur Et quilibet possit denumptiare et
accusare contra facientes et credatur sa
cramento accusatoris et habeat quartam
partem banni et in credentia teneatur.

Quod eligantur duo homines ad recoligendum fructus exbampnitorum. Rubrica.

In principio mensis Junij quolibet
anno eligantur duo boni homines
per dominos antianos populi ciuitatis
50. amelie qui iurent ad sancta dei euangelia

bona fide et sine fraude Inuestigare et in
uenire bona et possessiones exbandito
rum ciuitatis predicte et eius districtus
et fructus et prouentus dictarum possessio
num ad manus cammerarii dicti comu
nis facere deuenire Et predictis duobus
hominibus sic electis omnes et singuli ho
mines dicte ciuitatis et districtus ac eti
am offitiales eiusdem ad ipsorum req
sitionem teneantur et debeant dare et
prestare adiutorium consilium et fauo
rem ad penam uigintiquinque libr. de
nariorum pro quolibet contra faciente hoc
addito quod dicti duo homines sic eliendi
sint et esse debeant populares et eorum
offitium duret tantum per unum annum
Et qui fuerit ad dictum offitium in dicto
anno non possit eligi in alio anno pro
sequturo et si aliter fiere electio non ua
leat ullo modo et finito dicto tempore
eorum offitii teneantur et debeant de
administratione eorum offitii plena
riam reddere rationem Camerario co
munis predicti qui tales sic eliendi habe
ant pro eorum salario decimam par
tem totius eius quod in comuni fecerit
deuenire.//

De pena Laborantium terras unde non fuerit solutum datium. Rubrica.//

Nulla persona audeat uel presu
mat laborare seu colere aliqu
as terras seu possessiones unam uel pl
.91. ures accatastatas in catasto dicte ciuita
tis ex quibus datium impositum acte
nus solutum non sit seu datia que impo
nerentur in posterum non soluerentur
in integrum possessionibus ecclesiarum et aliorum
piorum et religiosorum locorum dum
taxat exceptis Et qui contra fecerit non
ipsas datuas preteritas infra termin
um statuendum et futuras infra terminum
ordinandum ut alii ciues soluunt cum effectu
in decem libris denariorum per pote
statem ciuitatis amelie condempnetur
et nichilominus ad solutionem dictarum
datuarum autem presentium statuto
rum per ipsum potestatem compellatur
Super quibus potestas presens et futur
quolibet mense teneatur Inquirere et In
uestigare per libros puntatorum et per
castaldos ciuitatis amelie et omni modo
quo melius poterit et inuentos culpabi
les in dicta pena punire. Si uero potestas
predicta non fecerit seu negligens fuerit
in predictis uel aliquo predictorum in quin
queginta libr. denariorum condempnetur
dandis et soluendis de suo salario Cammera
rio dicte comunis Ciuitatis Quas libr. libr
Cam. qui pro tempore fuerit teneatur de
ultima terzaria sui salarii retinere. Ad
dicentes in predictis quod nullus ciuis uel
comitatiuus dicte ciuitatis possit uel debe
at colere uel laborare aliquam terram po
sitam extra Comitatum ciuitatis predicte
non pertinentem ad aliquem ciuem uel co
mitatiuum dicte ciuitatis ad penam quin
nqueginta libr. pro quolibet contra facien
te et qualibet uice.//

De pena non capientium exbanditum. Rubrica.//

Si contingerit aliquem exbanditum
comunis amelie pro aliquo maleficio
ire ad aliquod castrum dicte ciuitatis et
.92. comitatus et districtus amelie uel stare
aut morari in eo homines et uniuersitas
ipsius castri teneantur et debeant ipsum
exbanditum seu exbanditos capere et
curie ciuitatis amelie presentare ad pe
nam quinquaginta libr. denariorum ab ip
sa uniuersitate quotiens contra fecerit
seu fuerit negligens auferendis homines
uero spetiales omnes et singuli qui pre
sentes fuerint in ipsa contracta et mora
buntur debeant contra ipsos exbanditos
statim eleuare rumorem et ipsos sequi
et capere et dicte curie presentare eorum
posse ad penam decem libr. denariorum
pro quolibet eorum qui contra fecerit in
predictis uel predictorum. Si uero exba
nditi huiusmodi in dicta fuga presumse
rint defensionem assumere et ipsam de
fensionem faciendam per ipsos sequentes
fuerint offendentes eos ad penam uo
lumus non teneri. Super quibus omnibus
et singulis potestas teneatur facere [illegible]
quolibet mense de predictis et [illegible]

Ho. ... euntis ad consilium
no(n) existentes de consilio

inquisit(ionis) sollempn(is) et in predictis penis re
perto(s) culpabiles punire et condempnare
si uero potestas negligens fuerit in predictis
quinquaginta libr(is) denariorum tempore ip
sius sindicatus soluere teneatur.

De pena non capientium malefactorem et curie non presentantium. R(ubric)a

Si contingerit aliquod mallium con
mitti in aliquo castro districtus et
comitatus amelie comune et homines et
53 uniuersitas ipsius castri teneantur et debe
ant malefactorem seu malefactores ca
pere et in fortiam comunis ponere. Et si
ipsa uniuersitas negligens fuerit in quin
quaginta libris denariorum uice qualibet
puniatur. Si pena mallii commissi ascende
ret penam quinquaginta libr(arum) et ab inde su
pra. Si uero malefactor huiusmodi in mi
nori pena seu quantitate condempnari de
beret dicta uniuersitas negligens in ea qu
antitate qua malefactor condempnandus es
set per potestatem qui tunc erit in offitio
puniatur. Addentes quod quilibet sit lici
tum capere quemlibet malefactorem in q
cumque loco mallium commiserit siue in ci
uitate siue in comitatu et siue in castris si
ue extra dummodo ipsum capiat tempo
re dicti commissi mallii uel postea per tota
diem et ipse capiens ad penam aliquam t
minime teneatur sed ipso facto intelligatur
esse absolutus a pena resultante alias a d(icta)
captura

De pena facientis falonem sine licen
tia. R(ubric)a

Nulla persona in ciuitate amelie
seu in comitatu debeat facere ali
quem falonem sine expressa licentia pot
estatis et maioris partis dominorum an
tianorum. Et qui contra fecerit in cent(um)
soldis uice qualibet puniatur. Et quili
bet possit contrafacientes denumptiare
et accusare et eius denumptiatio cred(atur)
cum uno teste et nomen eius tene
atur in credentia.

De pena optantium malum fochi (?) ... R(ubric)a

Nulla persona debeat alicui ... lon
... malum ... aliquo modo ...

Succensum grancigalam malum capti
uum siue lupam et similia his similia
et qui contra fecerit in decem soldis in
te qualibet de facto puniatur. Et con
tra facientes quilibet possit denumpti
are et accusare et habeat quartam pa
rtem banni et teneatur in credentia non
obstante quod talis optans fuerit minor
decem annis.

De pena euntium ad Consilium non essendo de Consilio. R(ubric)a

Ad consilium generale comunis et
populi tam qui non fuerit de di
cto consilio ire non audeat uel presu
56. mat nec in aliquo ipsorum consiliorum
intersit nec palluctam recipiat ad pe
nam decem libr(arum) denariorum pro qua
libet uice. Et quilibet possit contrafa
cientes denumptiare et accusare et in
credentia teneatur. Saluo quod quicumque
uenerit ad dicta consilia uel aliquod
eorum causa recitandi aliquam amba
xiatam seu non narrandum aliqua nego
tia seu mandato potestatis uel antiano
rum seu quando esset bandictum consilium
uetus et nouum non teneantur. Et in
occasionibus predictis ad penam et
potestas et quilibet alius rector qui
presens erit consilio teneatur et debe
at expellere de consilio omnem perso
nam que non esset de ipso consilio ibi si
nit contra formam predictam. Et teneatur
etiam Cancellarius dicti comunis qui
pro tempore fuerit teneatur unicuique iu
ramenti et ad penam xx soldorum nomi
cari facere per banditorem comunis i
quolibet consilio comunis et populi q(ui)
quicumque non esset de consilio seu de ad
iuncta recedere debeat ad penam in sta
tuto contentam et facta notificatione p
dicta quicquid ordinatum fuerit in di
cto consilio aliquibus in eo existentibus
contra formam predictam sit irritum
et inane.

De pena gridantium quod populus mo
riatur. R(ubric)a

Nullus presummat uel audeat
57 alte uel basse tufatur uel alio mo(do)

in ...

dicere uel gridare q populus moi
ratur uel q ipse populus non durab
uel q extimabitur uel alia uerba eq
pollentia et si quis contrafecerit in ua
ntum soldis uice qualibet de facto pu
niatur et predictum capitulum ban
diatur. Addicientes et declarantes
q si irato animo et malo modo grida
uerit uel dixerit dicto modo uel al
tero ipsorum et dicta uerba non ha
buerint peyorem effectum conde
pnetur et puniatur in quinquagin
ta libris denariorum absque aliqua
diminutione.

De pena forensis offendentis Ciuem. Rubrica.

Statuimus et firmamus q si
abinde in antea casus acciderit
q si aliquis forensis aliquem ciue
58. iniuriatus fuerit uel offenderet in per
sona dicto uel facto absque promotio
ne et incitatione talis ciuis offensi
q dictus talis forensis pena tantum
dupli puniatur qua puniretur si off
enderet alium forensem. Sed si talis
ciuis esset huius promotor uel risse
tunc dictus talis forensis simpla pe
na puniatur prout si alium ciuem
offenderet. Addentes q declaratio
ne premissorum q ciues sint et esse
intelligantur quo ad hec omnes et
singuli oriundi de ciuitate uel com
itatu Amelie uel nati et descendentes
ex eis oriundis et omnes alii qui es
sent legitimi ciues ordinati et const
ituti uel in futurum erunt in ciuitate
predicta. Ceteri uero forenses sint et
pro forensibus habeantur.

De pena amputantium manum pe
dem Nasum digitum uel aliud mem
brum uel ea debilitantium et dentes
frangentium aut Cadere facientium.
Rubrica.

Si quis amputauerit alicui ma
num pedem nasum uel aliud
59 membrum principale uel oculum
studiose offenderit uel excecauerit q
uis secundum iura pena legis corne
lie teneatur tamen de benignitate sta
tuimus q in ducentis florenis auri
condempnetur quam penam si infra
terminum decem dierum in senten
tia statuendum non soluerit Camerario
comunis Amelie q tunc dicto termi
no elapso simile membrum amputet
ur eidem uel etiam offendeatur et
ultra q fustigetur nudis carnibus
usque ad locum justitie consuetum et
expellatur etiam et expelli debeat
extra ciuitatem et comitatum Ame
lie et ita et taliter q infra quinqu
ium ad ipsam ciuitatem et comitatum
redire non possit nec in ipsis morari
et si interim redierit amputetur
sibi aliud simile membrum. Si uero
debilitando et non amputando in quin
quaginta florenis auri condempnetur
quam penam si non soluerit infra te
rminum supradictum in duplum solu
ere teneatur sine diminutione aliqua.
Si quis uero digitum manus alicui
amputauerit in centum florenis auri
condempnetur. Et si quis aliquem in
ita percusserit q fecerit sibi cadere
dentem condempnetur in quinquagin
ta florenis auri ultra penam ordina
tam pro percussione in facie. Et si pl
ures dentes cadere fecerit pro quoli
bet ultra unum et ultra penam per
cussionis in facie in xxv florenis au
ri condempnetur. Si uero dentem [illegible]
um uel plures fregerit media pena
qua condempnaretur si fecisset cadere con
dempnetur.

De pena percutientium et offen
dentium sine armis manu [illegible]

60

Si quis iniuriose aliquem per
cusserit manu uacua alapa
uel pugno in facie ita quod sanguis
inde exiuerit in quinquaginta lib
ris denariorum condempnetur
Si uero sine sanguine in medieta
te dicte pene condempnetur et
ad receptionem similis alape ni
chilominus teneatur in loco ubi
data fuerit Si uero in alia par
te corporis percusserit cum san
guine in uigintiquinque libris denariorum
condempnetur si sine sanguine in
medietate dicte pene Si uero quis
aliquem cum calce percusserit et
inde sanguis exiuerit si a gula supra
condempnetur pro qualibet uice
in quinquaginta libris denariorum
si sine sanguine in uigintiquinque
libris denariorum condempnetur
Si uero a gula infra si cum sang
uine condempnetur in uigintiquin
que libris denariorum si uero si
ne sanguine in medietate dicte
pene condempnetur Si autem
quis aliquem iniuriose momorde
rit in facie ita quod cicatrix perpe
tuo et euidens remanebit in cen
tum libris denariorum condem
pnetur et si cicatrix predicta non
remanserit condempnetur in
quinquaginta libris denariorum
Si uero in alia parte corporis a
liquem malo modo momorderit
et sanguis exiuerit in quinqua
ginta libris denariorum condem
pnetur et si sanguis non exiue
rit condempnetur in medietate
dicte pene Si uero quis alicui
iniuriose extraxerit pilos de bar
ba siue barbam depilauerit
condempnetur in centum libris
denariorum Et si quis [illegible]

[illegible]llauerit aliquem uel fecerit iniu
riose cadere aut dilaniauerit ca
puteum birretum infulam uel
cappellum de capite aut muli
eri belectum siue panicellum
uel sopregretum uel alios pan
nos eleuauerit de capite muli
mulieris uel cadere fecerit etiam
scriezando uel per iocum quo ad
ipsam mulierem actinent condem
pnetur in uigintiquinque libris
denariorum Et si iniuriose ali
quem ceperit per pannos a pe
ctus uel per capeczale uel dilan
iauerit alicui pannos de dorso
condempnetur pro qualibet uice
in uigintiquinque libris denario
rum Si uero inpunserit aliquem
ita quod cadere fecerit et sanguis
exiuerit de facie condempnetur
in quinquaginta libris denariorum
~~[illegible]~~ si de alia parte corporis in
uigintiquinque libris denariorum
condempnetur et si sine sangui
ne in medietate dicte pene Et si
ex inpinta non ceciderit in ter
ram condempnetur in medieta
te dicte pene. Et si quis iniurio
se ceperit aliquem per nasum
uel alicui tirauerit nasum stri
gnendo eum si cum sanguine con
dempnetur in quinquaginta libris
denariorum si sine sanguine in
uigintiquinque libris denariorum
condempnetur Et si quis miserit
manum in gula alicuius iniurio
se ita quod sanguis exiuerit in quin
quaginta libris denariorum con
dempnetur si sanguis non exiue
rit in medietate dicte pene Et si
quis per terram iniuriose aliquem
trascinauerit condempnetur in qua
nonaginta libris denariorum pro

qualibet uice. Et si quis in facie ali
cuius expuerit uel aliquam turpitu
dinem studiose et iniuriose proiece
rit condempnetur in quinquaginta
libris denariorum. In alijs uero
locis persone si quis expuerit uel
aliquam turpitudinem proiecerit
condempnetur in medietate dicte
pene. Et si aliquis cum unguilis
manus [illegible] aliquem in fa
cie alterius seu in gula et si ex pla
ribus [illegible] sanguis exiuerit con
dempnetur in quinquaginta libris
denariorum et non ultra. Et si ali
quis cum digito manus uel cum ma
nu iniuriose iuerit contra aliquem
uersus faciem eius condempnetur
in centum soldis denariorum. Et
si aliquis [illegible] fregerit [illegible]
uerit uel [illegible] seu [illegible]
derit [illegible] uel capillos capitis
iniuriose condempnetur in centum
libris denariorum. Si autem ex
dictis offensionibus uel aliqua ipsa
rum liuor uel tumor appareret i
facie dicti offensi [illegible] sup
dicta condempnetur dictus offende
ns ac si de dicta facie sanguis exi
uisset.

De pena per[illegible]entium et offen
dentium in personam cum armis. Rubrica.

Si quis aliquem percusserit
et uulneraverit cum armis
ferreis uel ferratis seu cum bacu
lo grosso et maliciose uel cum la
pide in capite cum fractura [illegible]
ei et cum sanguinis effusione conde
mpnetur in centum florenis auri
soluendis communi [illegible]. Si uero
cum sanguine et non cum fractu
[illegible] condempnetur [illegible]
[illegible] florenis auri. Si uero cum ar
mis quis aliquem uulneraverit

in facie uel in gula effuso sanguine
et quo uulnere sit cicatrix perpetua
et enormis euidens remansura con
dempnetur in ducentis florenis auri
quos si non soluerit infra terminum
decem dierum in sententia [illegible]
dictam penam in duplum soluere te
neatur et idem dicimus de alijs pen
is predictis et infra scriptis. Si ue
ro cicatrix ut predicitur non sit re
mansura in dicta facie seu gula et
sanguis exiuerit de facie uel gula
predictis condempnetur in quinqua
ginta florenis auri. Qui uero in ca
pite uel gula aliquem cum dictis ar
mis euaginatis aliquem percusserit
sine sanguine condempnetur in u
iginti quinque florenis auri. Si uero
cum armis non euaginatis in uigi
nti florenis auri condempnetur. Si
uero quis aliquem percusserit cum
aliquo dictorum armorum a gula
infra unde sanguis exiuerit conde
mpnetur in triginta florenis auri.
Si uero sanguis non exiuerit con
dempnetur in quindecim florenis
auri. Si uero cum aliquo ligno alias
de sui natura ad offensionem non pa
rato uel cum alijs armis predic
tis quis aliquem [illegible] cum sa
nguinis effusione [illegible]
ne quolibet dictorum casuum pe
na media condempnetur. Et pe
predictorum declaratione firma
mus [illegible] in [illegible]
[illegible] supra [illegible]
[illegible] in ea facie ultra [illegible]
[illegible] capitis et ultra auriculas [illegible]
[illegible] etiam si [illegible]
[illegible] cum [illegible] uel [illegible]
et de cicatrice et enormi et [illegible]
[illegible] et debilitatione membri
[illegible] et fieri debeat [illegible]

duorum medicorum eligendorum
per Judicem procedentem contra
ipſum delinquentem quorum dic
tum et declaratio habeatur pro
uera et legitima probatione in p̃
dictis et eorum ipſam declaratio
nem ſequi debeat ipſe Judex et ſcri
bi faciat in actis comunis Aliter
quis de cicatrice fractura craney
oſſis et debitalitatione membri pre
dicti condempnari non poſſit niſi
fuerit contumax uel confeſſus Et
ipſi medici pro eorum labore et
mercede habeant et conſequantur
expenſ delinquentis pro qualibet
uice et pro quolibet unũ flor au
ri dummodo eis fiat dicta ſolutio
cura et ſollicitudine domini poteſta
tis ſeu uicarii anteq̃ reddant eorum
declarationem predictam Et ut p̃
dicta declaratio melius fieri poſſit
et haberi per ipſum Judicem Statui
mus q dictus poteſtas ſeu uicarius
dicte ciuitatis teneatur et debeat
ratione dicte cicatricis et debilitatis
deducere uel abicere in accuſa uel
inquiſitione ſeu denuntia differre
proceſſum per eos aſſumptum trigi
nta diebus ultra tempus limitatum
in aliis proceſſibus finiendis ut de e
eis poſſit melius informari. Si ue
ro aliquis alicui percutiendo uel u
ulnerando cum aliquo genere ar
morum fregerit ſeu amputauerit
oſſum condempnetur in xxv flore
nis auri ultra penam percuſſionis
ſeu uulneris facti per eum. Si uero
aliquis proiecerit contra aliquem ex
propoſito lapidem baſtonem ciocho
lum et huis ſimilia et non percuſſe
rit eum ſoluat pro banno comuni
decem libr denariorum. Si uero p
cuſſerit ex propoſito proiciendo con

dempnetur ac ſi percuſſerit cum
manu tenendo predictum lapidem
baſtonem ciocholum et hys ſimilia
Sed ſi ſtudioſe progecerit contra ali
quem enſem cultellum lanciam cla
uam ferream ſtocchum uel ſpon
tonem ſeu quatrellectum ſeu pug
nalonem et non percuſſerit conde
mpnetur pro qualibet uice in qu
inquaginta libris denariorum. Si
uero percuſſerit proiciendo conde
mpnetur ac ſi percuſſiſſet cum ma
nu cum dictis armis. Sed ſi aliquis
ludens ad mitram ſeu pigiolos cum
aliquo et quocumque loco proicien
do ipſam mitram ſeu bacchettam
cum ipſa mitra bacchetta uel pio
lis aliquem percuſſerit dummodo
non ſtudioſe ſi ex ipſa percuſſione
ſanguis exiuerit condempnetur
ipſe proiciens in quarta parte pe
ne alias reſultantis ex proiectione
predicta ſi fieret extra ludum. Sed
ſi ſanguis non exiuerit ad penam
aliquam nullatenus teneatur. Si
autem cum baliſta uel arcu appe
nſate ſagictando uerectonem uir
am uel quatrellum aliquis aliquem
percuſſerit uel uulnerauerit cum eo
condempnetur pro dicta percuſſione
uel uulnere ac ſi cum lancia ex pa
rte ferri percuſſiſſet uel uulneraſſet
Si uero ſagictauerit dicto modo et
non percuſſerit ſoluat quatraginta
libr denariorum pro qualibet uice
Si uero ſagictando cum pulzone uel
palluctteria aliquis aliquem per
cuſſerit ſtudioſe ſoluat ac ſi cum la
pide percuſſiſſet. Si uero non per
cuſſerit et contra eum ſagittauerit
cauſa percutiendi xxv libr dena
riorum ſoluere teneatur et in eiſdem
debeat condempnari declarantes

q si omnes predictas penas infra te
rminum decem dierum non soluerit
in duplum soluere teneantur et debe
ant.

De pena Insultantium et adminanti um. lxii

Insultum contra aliquem si quis
fecerit ad domum insultati seu
.62. eius contra quem insultus fit seu ad
domum ubi assalitus habitat siue a
potecham propriam uel conductam
sine armis ipsum insultum faciens
quod qualibet eius sequas soluat comu
ni pro banno uigintiquinque libras
denariorum si uero cum armis quin
quinquaginta libr denariorum pro q
libet Si quis ipsorum malo animo
intrauerit domum uel apotecham
et ex ea aliquid extrasserit soluat
comuni pro banno quinque libras
denariorum et restituat in duplum
quod acceperat uel deuastauerit
Et si inde aliquid non extrasserit p
puniatur in uiginti libris denario
rum et tam insultum faciens quod eti
am qualibet eius sequas Si aliquem
vulnerauerit soluat bannum in d
uplum pene contente in capitulo de
percussione Si uero alibi quam ad do
mum uel apotecham huiusmodi al
iquis insultum fecerit si cum armis
quatuor libr si sine armis quatra
ginta sold pro banno soluere tenea
tur Et intelligatur insultus si uaus
uerit aut currerit contra alterum
Tamen si percusserit de insultu non pu
niatur set de percussione puniatur
secundum formam capituli de huius
modi processibus loquentis. Si uero
aliam iniuriam intulerit insultato
de qua maiorem penam soluere de
beret quam de insultu de iniuria puni
atur et non de insultu Et si quis as
salitus fuerit et defenderet se mode
rate non teneatur ad penam sequa
cem autem intelligimus dantem co
nsilium uel fauorem. Addicientes
quod insultus intelligatur factus ad do
mum uel apotecham quando insul
tator uenerit contra insultatum prope
domum siue apotecham eius per
medium uie et ultra uersus dom
um uel apotecham dicti insultati Si
quis uero adminauerit contra al
iquem ciuem de amelia uel comu
nitatiuum cum aliquo genere ar
morum euaginatorum uel non pu
niatur uice qualibet in decem lib
ris denariorum Si uero sine arm
is puniatur pro qualibet uice in
quattraginta soldis denariorum.
Si uero aliquis euaginauerit ali
quod genus armorum contra ali
quem ciuem uel comitatensem de
amelia puniatur pro qualibet uice
uice in quatuor libris denariorum.

De pena portantium arma.

Cultellum malitiosum seu
feritorium spatam sponto
nem maczam ferream uel ligne
.63. am maczam malitiosam uel cuius
generis macza malitiosa existat
uel alia arma offendibilia et hiis
similia infra muros antiquos ciui
tatis amelie et in ipsa ciuitate et
eius burgis si quis portauerit
soluat pro quolibet genere ar
morum et qualibet uice quinqua
ginta soldos denariorum de die
de nocte uero duplum et nichilo
minus perdat arma et mictant
dicta die camerario dicti comu
nis dicta arma sic inuenta ad pe
nam .x. libr potestati dicte ciui
tatis de suo salario et possit quod
libet genus armorum quod inue
ntum sibi fuerit redimere pro decem
soldis denariorum Et si quis non
permiserit se rimari uel arma
auferri a familia uel notario po
testatis habeatur pro confesso et
condempnetur ac si inuentus fuisset
omnia arma porta[illegible] tria arma
offendibilia Et si aliqui per fa
miliam potestatis cum rem pro ar[illegible]
fuerit inuentus cultellus uel
uel aliud genus armorum [illegible]
fuerit [illegible] arma [illegible]
[illegible] soluat comun[illegible]

inobedientia decem libras denariorum
Si autem aliquis portauerit ipsa ar
ma uel aliquod genus de dictis armis
in eundo et redeundo de foris cum ga
lero uel rumero uel aliis uerisimilib
us uel probaret quod iret uel rediret
de foris per unum testem cum sacra
mento deferentis dicta arma non te
neatur ad penam uel quando iret per
terram custodiendo de nocte uel de
die uel quando ipsa arma palam p
ortaret causa ea uendendi uel ad fa
ciendum ipsa arma actari ad penam
nullatenus teneatur nec etiam tene
atur ad bannum qui infra muros sue
domus proprie uel conducte sed ar
ma haberet uel si comitatensis por
taret arma in manu ligata in eundo et
redeundo de foris non teneatur ad pe
nam et de inditiis uerisimilibus su
pradictis remaneat in prouidentia
potestatis uel iudicis uel militis qui
dicta arma inuenerit uel aliis ueri
Iuditia arbitrii quod ad arma similibus ut supra dictum est. Et etiam
potestas debeat concedere licentiam
arma portandi et deferendi per terr
Licentia am cuicumque petenti pro custodia sui
corporis propter inimicitiam quam
haberet assignata prius causa inim
icitie et receptis ab eo ydoneis fideiu
ssoribus de non offendendo aliquem
cum dictis armis nisi ad sui defensio
nem et tutelam. Et potestas ad sui of
fitiales possint de singulis predictor
um punire et condempnare et de in
uentione armorum stetur et creda
Statutum curie quod ad arma tur relationi offitialium seu famina
rum potestatis forensis uero postquam
hospitatus fuerit non possit arma po
rtare per dictam ciuitatem et eius
burgos. Et si contra fecerit soluat
pro banno communi amelie decem li
bras denariorum et hospitatores se
mper dicere teneantur dictis forensi
bus et si non dixerit ipse hospitator
... hospitium hospitatus fuerit
forensis cum inuentus esset arma
... soluere penam. Et ... nalia
... debeat
... [illegible]

arma defendibilia sicut offendi
bilia. Addicientes huic capitulo quod
deferens uel inuentus deferre ha
bere uel portare ad latus ita quod non
uideatur uel absconse circha ali
quam partem sui corporis uel in ca
lza uel inuolutum in mantello seu
capputeo uel aliquo alio panno uel
alio loco cultellum malitiosum fe
ritorium uel quatrellectum paruum
uel alium ferrum acutum malitio
sum actum ad nocendum et habi
lem ad portandum asconse si quidem
de die condempnetur et puniatur
in uiginti quinque libris denarior
um absque diminutione si de nocte
in duplum pene predicte pro qua
libet uice debeat condempnari et
puniri. Addimus etiam quod quicumque
portauerit corectum uel planell
um pena sit deferenti uiginti solidorum
denariorum tam pro qualibet ui
ce et non in perditione corecti seu
planelle. Et quod dictus potestas sin
gulis diebus sui offitii ad penam qui
nque librarum de suo salario retinendam pro
quolibet die et pro qualibet nocte
debeat rimari facere per ciuitatem
et burgos amelie contra deferentes
arma predicta cum quinque berroa
riis uel quatuor ad minus.

De pena facientis uindictam contra insontem. Rubrica

Ad uindictam aliquam faciendam pro
aliquem alium uel ad iniuriam
uel offensam nullus audeat nec proce
64. dere debeat seu offendere aliquem
inferentis iniuriam consanguineum atti
nentem inferenti iniuriam seu offe
nsam ex parte patris et ex parte ma
tris usque in quartum gradum. Et qui
contra fecerit soluat duplum pene
contente in capitulo loquenti de ta
li malefitio. Et ad probandum quod offe
nsa facta fuerit ad uindictam suffi
ciat fama publica si sit inde.

De pena extrahentium terminum finalem. Rubrica

65. Terminum finalem uel comun
em si quis fraudolenter extra

xerit uel laborauerit siue laborari fecerit ultra ipsum terminum seu aliquem inter rem suam et rem sui conuicini sine conuicini presentia uel consensu terminum miserit soluat pro banno dicto comuni et etiam si laborauerit ultra finem centum libras denariorum pro qualibet uice et quolibet termino Si uero omnes termini ceciderint inter aliquos uel cecidissent uel per aliquem reinuenti essent terminatores comunis teneantur mictere terminos inter partes in loco ubi consueuerint esse termini uel ubi eis melius uidebitur pro iustitia utriusque partium Et quod nullus debeat laborare prope terminum comunem per unum pedem ad penam .xx. sold pro quolibet Et predicta bandiantur quolibet mense.

De uerbis iniuriosis et corumpenis. R.

66 Ne credentem rauaglosum si quis alicui dixerit soluat pro banno dicto comuni quatragita soldos denariorum Si uero aliquis rei improperauerit alicui aliquam iniuriam sibi factam uel eum tangnentem soluat pro banno comuni amche otto libras denariorum Si autem alia uerba iniuriosa quis dixerit alicui soluat pro quolibet uerbo iniurioso nomine pene .xx. soldos Et si predicta uel aliquod predictorum re improperata seu dicta fuerint coram potestate iudice uel consilio uel arrenga soluat duplum Si autem mulier male fame alicui mulieri bone fame uerba iniuriosa dixerit soluat pro banno comuni predicto quatraginta soldos mulier autem bone fame mulieri male fame iniuriam dicens ad penam uolumus non teneri Si quis uero alicui dixerit falzo proditor in centum soldis denariorum condempnetur et puniatur sine diminutione aliqua et idem dicimus et intelligi uolumus de superius declaratis

De pena facientium peram Castaldo Communis. R.

pparans ignem in miserit si Ciuis uel comitatus fuerit soluat pene nomine sexaginta quinque libras denariorum. Et si dictam penam infra decem dies a die late sententie contra eum non soluerit ducatur ad locum Justitie et ibi una manus et unus pes amputetur eidem. Si uero miserit ignem in barchone siue meta frumenti uel leguminis si Ciuis uel comitatensis fuerit soluat pro banno pro banno comuni amelie ducentas libras usualis monete quam penam si non soluerit infra decem dies a die late sententie contra eum quod in tunc in duplum soluere teneatur. Si uero forensis fuerit talis ignem inmictens seu inmissor condempnetur et puniatur in quadraginta libris denariorum quas si non soluerit infra decem dies a die late sententie contra eum quod ducatur ad locum Justitie consuetum et ibi eidem una manus et unus pes amputetur. Et in omnibus supradictis casibus dampnum in duplum patienti emendet. Si uero aliquis extra Ciuitatem incendium uel guastum dederit seu fecerit siue fuerit Ciuis siue fuerit forensis incendium uel guastum inferens et facta primo sollempni inuestigatione non poterit reperiri dictum dampnum inferens quod tunc comune de sua propria pecunia absque deliberatione teneatur et debeat emendare dampnum sic illatum secundum extimationem fiendam per duos homines eliendos unum pro parte comunis et alium pro parte dampnum passi. Ad hoc ut per ipsum comune sollicite perquiratur ipse dampnum inferens contra quem et alios similes inquiri et procedi possit et debeat et quocumque modo procedi pro ut domino potestati uidebitur ita quod dictum comune dampnum non sentiat si fieri poterit alias predicta locum habeant predictis non obstantibus ad quorum etiam probationem sufficiat testis familiaris et domesticus et admictatur.

Cobureates barcones et metas qualiter puniantur.

De non capiendo artifices pro executione sententie Corporalis. Rubrica

106\. Ne artifices forenses maxime facti ad texendum seu laborandum in arte lane in Ciuitate amelie capiantur uel grauentur pro executionibus corporalibus et per hoc habeant materiam recedendi uel non ueniendi ad ipsam ciuitatem. Statuimus et ordinamus quod nullus offitialis ciuitatis amelie possit uel debeat capere uel in uitum cogere aliquem forensem tessitorem uel laboratorem in arte lane in Ciuitate amelie in ratione executionis personalis in contra aliquem condempnetur in aliquo modo uel causa et offitialis contra faciens condempnetur et condempnari debeat tempore sui Sindicatus pro qualibet uice in uigintiquinque libris denariorum uel ipsa quantitas retineatur pro qualibet uice de suo salario etiam si condempnatus non esset.

De non recipiendo in fideiussorem aliquem procuratorem. Rubrica

107\. Potestas uel aliquis eius Judex uel offitialis quiuis alius dicte ciuitatis non possit uel debeat aliquem procuratorem

44v

IIII

rem uel notarium uel judicem
uel aduocatum Ciuitatis predicte
recipere uel recipi facere ad aliquid
fideiussionem uel securitatem prestandam
uel faciendam precibus alicuius per
sone penes dictos offitiales uel al
terum ipsorum pro aliquo male
fitio excessu seu delicto uel quasi
uel debito ad penam decem libra
rum denariorum de suo salario talis offi
tialis recipientis uel recipi facientis
Et nichilominus talis fideiussio fa
cta contra dictam formam non ua
leat nec teneat autoritate presentis
statuti.

De Sindicatu potestatis. Et offitialium Communis Amelie. Rubrica

.108.



Statuimus et ordinamus quod
potestas judex et quilibet in
alius offitialis ipsius potestatis
et communis amelie teneantur et
debeant omnia statuta ordiname
nta et reformationes ciuitatis
amelie facta et facienda et quam
libet particulam ipsorum statu
torum ordinamentorum et refo
rmationum inuiolabiliter obser
uare et obseruari facere adimp
lere et exequi et in nullo nec in
aliqua ipsorum particula contra
facere uenire obmictere uel ne
gligere pena predictis potestati
judici et offitialibus et cuilibet
ipsorum pro qualibet et uice qua
libet [illegible] aurium sta
tim [illegible] quotiens in predictis
uel aliquo predictorum per eos
uel aliquem eorum fuerit contra
factum [illegible] uel neglectum
Et quod [illegible] pro obseruatione sta
tutorum [illegible] reformationum et
ordinamentorum Ciuitatis ame
lie possit et ualeat uenire compa
rere [illegible] et [illegible]
[illegible] quod [illegible] potesta

et quibuscumque offitialibus tam in
judicio siue ciuiliter siue criminali
ter agatur quam etiam extra judicium
Et quod quilibet etiam possit et uale
at dare siue facere petitiones libe
llos siue simplices narrationes contra
potestatem ciuitatis amelie judi
cem et suos offitiales et famaliares
que ualeant et teneant et uitiari
non possint nec debeant etiam si
in eis omnes sollempnitates seu
forme uel modi juris Ciuilis uel
canonici uel statutorum uel refo
rmationum Ciuitatis predicte in
essent obmisse uel obmissi seu ne
glecti et cum nomine uel sine no
mine dantes uel facientes petitiones
que petitiones libelli seu narra
tiones inmicti ac poni possint et
debeant in quadam cassetta po
nenda et retinenda die noctuque
tempore sindicatus dictorum offi
tialium per tres dies in sala infe
riori palactii solite residentie do
minorum antianorum Ciuitatis
predicte que cassetta claudi de
beat tribus clauibus diuersorum
serramininum quarum una reti
neatur per sindicos ipsorum altera
per potestatem ciuitatis amelie
et altera per dominos antianos
Que cassetta tempore quo dicti
Sindici uadunt ad banchum ad
Sendicandum omni mane et se
ro quolibet aperiri debeat in pre
sentia dictorum antianorum et
potestatis Et inde accipere omnes
predictas petitiones libellos seu
narrationes et in presentia predi
ctorum legere debeant super qui
bus dicti Sindici teneantur et de
beant sine figura judicii inquire
re procedere et sententiare et re
pertos culpabiles punire et con
dempnare quibus tribus diebus

V. 45v

elapsis non possint amplius alie
petitiones seu querele dari uel fi
eri exceptis debitis. Set querele
et petitiones date et inuente ul'
facte discuti debeant et discerni i
fra duos alios dies inmediate se
quentes/ quibus elapsis post de
positionem offitij potestarie et i
choationem sindicatus ipsius po
testatis et suorum offitialium a
familiarium et alterius cuiusl3
Sindici ad predicta electi et depu
tati per dominos antianos Ciui
tatis predicte et alij quicumq3 ad
predicta deputati debeant predi
ctum potestatem omnes suos offi
tiales et totam suam familiam ac
alios quoscumq3 condempnare ul'
absoluere quo termino elapso si
non fuerint condempnati habean
tur pro absolutis exceptis
tis que peti possint semper
ipsis continuo capi et de
obstantibus quibuscu
trarium facientibu
q potestas teneat
beat de omnibu
buscumq. gex
sis uel negl
les et per
aliquem
sue po
amc
cu
c

fuerint lestere a
uel legato prou
sindicatu fiendo d
sui offitij uel dur
de facto incidat i
flor auri Et lic
lis sindicatus fac
tam formam n
neat et iteru
dicari deb
poribus
it in
alt
c

...at ad ſūma h ſiaugi
...rtuiam et per cō
...on ſuuctur.

...ventum menſu
...a.

...s et firmamus q̄ o
...auli vendentes
...im exercentes
...atores ven
...leum ad
...lie 2 co
...neo

donec ſigillati fuerint per aliquē
offitialem grauari non poſſint Si
uero abſq; facto retinenti eaſ ap
paruerit uitium uel fraus indi
ctis talibus rebus facto ſigillan
tis uel aduſtantis puniatur ip
ſe aduſtator tanti in uigintiqui
nq; libr deñ pro qualibet men
ſura de fraude non obſtantibus
aliquibus ſtatutis uel iuribus
ubicumq; poſitis.

De non pignorando debitorem in
uigilia ſancte firmine. Rubrica.

NVllus pignorare poſſit ſu
um debitorem uel eiuſ fi
deiuſſorem in uigilia et feſtiuita
te beate firmine uel in alio die
proxime ſequenti ad penam ui
...nti sold. Et quilibet teneatur
...chos ſcrofas et anſeres per
...or dies ante ipſum feſtū
...uatuor dies poſt retinerē
...a q̄ non vadant per te
... contra fecerit ſoluat
...uni amelie uigin
... hoc capitulum i
...or dies ante di

...antur diui

...uſim hi
...bra
...in
...t

libram Communem et essent diuisi
ad penam quinquaginta libr. den.

De terminando sita Communis que habet in monte piglio. Rubrica

Terminetur et diuidatur ra
tio et ius quod Comune am
5 elie in montepiglo silicet centum
passus ad passum comunis a cima
siue a culmine ipsius montis infra
et uias quas dictum Comune ha
bet ad eundum et redeundum ad dictam
ciuitatem secundum pacta et co
nuentiones contentas in venditione
dicti comunis. Et potestas tenea
tur ipsam terminationem et diui
sionem fieri facere in principio sui
regiminis vinculo iuramenti ad
petitionem cuiuscumque petentis
et postquam dictus mons fuerit ter
minatus dicto modo terminantur
teneantur domini antiani ire adui
dendum dictos terminos et ius
comunis semel in anno et quicumque
ipsorum iuerit habeat pro suo sa
lario de pecunia comunis predicti
quinque sold. den.

De defendendo ecclesiam sancti pa
uli prope Lugnanum. Rubrica

Cum ecclesia sancti pauli pro
pe Lugnanum mense episco
patus ciuitatis amelie sit inmedi
6 etate subiecta, ideo ubi et facto et
omni modo quo melius potest ipsa
Ecclesia cum iuribus et pertinentiis
suis Episcopatus mense predicte
omni tempore defendatur.

Quod Cuilibet sit licitum arborem
pendentem incidere. Rubrica

Cuilibet sit licitum incidere et
incidi facere arborem existentem
et iacentem super viam publicam uel
7 vicinalem si ire uel redire non potest
homo comode cum somario onera
to uel non onerato uel si faceret
aliquod aliud inpedimentum alicui
suo conuicino non congruum requi
sito primo domino ipsius arboris
ut eleuet ita quod uia libera remane
at sine aliquo inpedimento transe
untibus per uiam. Et hac requisi
tione prius facta postea incisor et
eleuator ad penam autoritate pre
sentium statutorum non teneatur. Et
notarius dampnorum datorum ad
petitionem cuiuscumque petentis te
neatur incidi facere releuare ad pe
nam centum sold. de suo salario. Ad
dicientes quod cuilibet liceat ipsam in
cidere et incidi facere arborem exi
stententem in via publica uel vici
nali et Notarius predictus predicta facere
teneatur ad petitionem cuiuscumque
ad penam predictam.

Quod declaretur in titulo libri datiui
tempus impositionis. Et quare
imponitur. Rubrica

Quando imponitur in ciuita
te amelie aliqua datiua de
claretur ante omnia in titulo ipsius
8 libri quare imponitur et quod dicta inti
tulatio fiat cum temporis adiectio
ne et de inde subscribatur et publice
tur per ipsum scriptorem et quod exin
de nullus den. expendi possit nisi
primo facta fuerit pecunie quanti
tatis solutio pro qua imposita extitit
dicta datiua. Et si Camerarius ex
penderet den. dicte datiue contra
dictam formam non habeantur pro
legitimis expensis et soluat pro
banno Comuni amelie centum sol
dos et tantumdem Comuni resti
tuat quantum expendidit nisi fecerit
de deliberatione dominorum antiano
rum et decem de populo uel maioris partis
ipsorum.

De Conseruando indempnes de tem
ptum occasione represaliarum. Rubrica

Quicumque Ciuis ameliensis ha
beret aliquid recipere ab ali
9 quo extraneo non ciue ameliensi in
loco ubi recipere debet non inue
nerit summarium ius quod per comu
ne Amelie concedantur reprensa
lie ad uoluntatem maioris Consilij
cum confirmatione domini Recto
ris prouincie Et omnes ille perso
ne quarum occasione reprensalie
sunt concesse comune amelie et
spetiales personas per potestatem et
guardianum et quemlibet ipsorum
cogantur et personaliter constrin
gantur et realiter infra cippis et
campanili et ferris ad tollendas et
sedandas reprensalias supradictas
Et quicumque non obedierit de tolle
ndo et sedando dictas reprensalias
infra quindecim dies primos sui re
giminis ad destructionem bonorum
et ad carcerationem procedatur Et
si predicti offitiales fuerint neglige
ntes soluant pro banno comuni
amelie Centum libras denariorum
Volumus insuper quod si quis Ciuis
fuerit detentus in aliqua terra
occasione reprensaliarum quod ille
Ciuis uel Comitatinus cuius oc
casione reprensalie sunt concesse et
quarum occasione dictus Ciuis
est detentus cogatur per potesta
tem ad soluendum debitum propter
quod dicte reprensalie sunt concesse
et satisfationem dampnorum que pa
passus fuerit dictus Ciuis uel Co
mitatensis detentus occasione
predicta Et hoc dictus potestas
[illegible] teneatur vinculo iuramenti
et ad dictam penam centum librarum
de suo salario soluendarum Ca
merario dicti Comunis et dictus
Cammerarius de salario ipsius do
mini potestatis retineat ad penam
viginti quinque librarum denariorum.

Quod emptor possessionis et labora
tor teneatur soluere datias

10 Emptor possessor et laborator te
neatur soluere datium Comu
ni amelie pro ea possessione tantum
quam emerit laborauerit seu pos
sederit aliqua ratione.

Quod cuilibet liceat ducere bestias
forenses inuentas dampnum dare. Rubrica

Liceat cuilibet de Ciuitate A
melie bestias quas inuenerit
dampnum dare que sunt illorum
11 qui non constringuntur ad banch
ium Ciuitatis amelie ducere et eas
retinere donec de dampno sibi fu
erit plenarie satisfactum sine pena
legis et curie et si sine bestijs quis
dampnum dederit sit licitum damp
num passo eidem dampnum facienti
accipere de rebus quas habuerit
capitulo statuti aliquo contrario
non obstante dum modo dictas besti
as Camerario comunis presentet
et faciat scribere numerum bestia
rum Statuentes quod licitum sit cuilibet
ciui et comitatensi si pastorem non
congnouerit uel dictum bestiarum
Et si de nocte inuenerit dampnum
dare quod eas sine pena ducere possit
et presentare ad Curiam Et si ali
quis fuerit inuentus personaliter
dampnum dare in bonis alterius
et dominus rei siue bonorum non
congnouerit sit ei licitum absque pe
na eum dampnum dantem pigno
rare et eidem accipere de rebus ip
sius accipere sine pena.

Quod mensure Communis cum quibus
uenditur bladum die fori stent in
platea. Rubrica.

Omnes mensure comunis cum
quibus uenditur bladum sint
et esse debeant et inueniantur co
12 ntinue die sabati in platea ueteri
dicti communis cum rasoria ad pe
nam decem soldorum denariorum soluendorum per

illum qui ipās mensuras habet
a Comuni si fuerint contra factū dū
modo dicte mensure sint ferrate
et signate signo comunis Et qui
alias mensuras retineret punia
tur vice qualibet in decem libr. d.

De molendinis extimandis et
accatastandis. Rxca

Omnia molendina districtus
Ciuitatis amelie extimentur
pro medietate sue bonitatis per eas
.13 forenses uel Ciues quos placuer
it maiori consilio ita quod res
maioris est fructus maioris sit
extimationis Et omnia et singu
la molendina fossati maioris a
molendinis pare lacus suptus usque
ad micchignanum quando pone
ntur datiue per Catastum sint
extimata et pro extimatis habe
antur ducentis libr. Et si plura m
molendinā fuerint in una domo quod
teneantur domini molendinorū
pro quolibet molendino pro du
centis libris Et si non soluerint
dicti domini molendinorum co
gantur molendinarij ad soluendum
omnes datiuas que inponeren
tur predictis molendinis ut dic
tum est Et cancellarius Comunis
teneatur vinculo iuramenti in
fra octo dies post aperturā presentium
statutorum apponere scribē et
addere in libra cuiuslibet domino
rum molendinorum et tenentiū
ea ducentis libr. pro quolibet mo
lendino quod habuerit conputatis
omni alia extimationē facta uel fa
cienda de predictis molendinis et
declarantes quod per predicta non
sint nec intelligantur esse derogata
pactis et conuentionibus adiectis
in instrumento venditionis mole
ndinorum lacus scripte manū ser

Rozzelli Ser francisci olim Cance
llarij dicti Comunis.

Quod quilibet teneatur soluere da
tium sibi Impositum. Rxca

Quelibet persona Ciuitatis
amelie et eius districtus te
neatur et debeat datium et colle
ctam sibi per comune impositam
.14. soluere. Et nullus de dicta Ciui
tate et eius districtu habeat ali
quam inmunitatem nec sibi con
cedatur inmunitas datij non sol
uendi aliqua causa seu modo ca
pitulo aliquo contrario non ob
stantibus. Statuentes et declarantes
ad tollendum veterem ambusio
nem ex quoa plures pauperes in
fuerint iniuste grauati quod paupe
res persone de ciuitate et comita
tu amelie non habentes libram in
ueram bonorum que habeant sc
riptis in catasto comunis quod pro li
bra aliqua viginti quinque librarum
presumpta huc usque de facto da
tiuam aliquam imponendam per
ipsam libram soluere non tenea
ntur nec debeant. set tantum pro
focilari quod fuerit impositum seu
pro igne soluere teneantur et al
ia onera subire personalia sicut
alij Ciues uel comitatenses dicte
Ciuitatis. Et quod descriptus in cata
sto non teneatur soluere dicta in
datia pro re quam non habet nisi
pro rata tantum sue libre et in
hoc excedi non debeat nec in hijs
ambuxio consueta seruauetur
pro pace et quiete dicte ciuita
tis ad penam Centum libr. de
suo salario aliquibus non obstan
tibus Addicientes quod possessiones
de quibus non essent solute da
tiue per spatium viginti annorum
ipse possessiones sint Comunis

ipso iure et facto et ipsa alienare
et vendere possit dum modo resti
tuat totum illud quod superesset
dativas predictas et quartum plus
debitum offitialibus.

Quod quelibet ars debeat et possit
Consules facere. seu Rectores. Rubrica

Quelibet ars Civitatis ame
lie possit et debeat habere
15 Rectores seu consules ad conser
vationem et honorem Communis
ipsius Civitatis et artis et eos i
facere possit prout fuit actenus
consuetum et quod omnia et singula or
dinamenta facta et stabilita non
contra iurisdictiones Communis
amelie et statum eius per quamli
bet dictarum artium et retro fu
erunt firmata per aliquod Consi
lium dicte Civitatis uel infutur
um firmandum per Consilium gene
rale dicte civitatis rata sint et fir
ma autoritate presentis statuti et
valeant et teneneant nullo obsta
nte / Addentes predictis quod tappe
tary et molinum de olivis et ha
bentes pro ipsis olivis macinan
dis tenenantur et debeant dicta i
molendina actare et levare per i
duos dies ante festum beate fir
mine de mense Novembris ita quod
quilibet molere possit in eis cum
ea provisione que per Consilium
generale declarabitur ad penam
decem librarum pro quolibet contrafacientum.

Quod nullus habeat Calcinarium
ante Ecclesiam. Rubrica

Nullus de Civitate amelie ha
beat uel habere possit aliq
uod calcinarium prope aliquam
16 Ecclesiam Civitatis predicte per
tres domos uel aliquam zoctur
am facere nec aliquid unde fetor

oriatur ad penam Centum soldorum
denariorum. Et predicta teneatur domi
nus potestas et iudex banditi i
facere Et quod nullus possit habere
Calcinarium prope palactium Ci
vitatis amelie per tres domos i
uel prope domum alicuius sui co
nvicini sine expressa licentia talis
sui convicini per quinque pedes et
nullus possit uel debeat trascina
re coria uel pelles in calcinatas per
stratas civitatis amelie ad penam
quatraginta soldorum pro quolibet co
ntrafacientum et qualibet vice. Et
quilibet tales contrafacientum pos
sit denumptiare et accusare et
habeat medietatem banni et cre
datur sacramento accusatoris cum
uno teste et teneatur in creden
tia. Et nichilominus tale calcina
rium habitum contra dictam for
mam destruatur per illum cuius
est infra decem dies post quam denu
mptiatus uel accusatus fuerit i
ad penam viginti soldorum pro
quolibet die quo steterit in mo
ra non destruendo dictum Calcin
arium et quilibet possit predictos
denumptiare et accusare et habe
at medietatem banni et in crede
ntia teneatur Addicientes quod a por
rta pusciolini usque ad Ecclesiam Porto P[illegible]
Sancti augustini per stratam rea
lem nullus possit habere nec re
tinere calcinarium uel mactaram
nec ungere coria uel pelles nec po
nere ad sciuttandum nec assug
nam fetidam retinere ad penam
quatraginta soldorum vice quali
bet et pro quolibet. Et predicta po
testas banditi facere teneatur Et
contra predictos et quemlibet predictorum
procedere ad petitionem
cuiuscumque petentis ad penam q
uinquaginta librarum denariorum et etiam per se

et suos offitiales ex suo offitio et
habeant quartam partem bāni
de inuentionibus eorum tanti ī
aliquo Capitulo non obstanti.//

De diuisione Contratarum. Rᵃ.


Statuimus et ordinamus
quod omnes et singule contra
17 te Ciuitatis amelie que sunt qui
que .s. platea, uallis, Collis pu
sterula et Burgus sint et esse de
beant diuise et limitate pro ut ꝑ
suprestiti Custodie dicte ciuitatis
sunt diuise et declarate.//

De Inmunitate Aduocatorum et
Medicorum. Rᵃ.

Iudices aduocati et medici
non teneantur facere uel
subire aliquod obsequium perso
18 naliter in Ciuitate uel districtu
amelie nec ire uel mictere in exer
citum uel caualcatam dummo
do datum pro sua libra et focula
ri soluere teneantur tamen ad consi
lia dicte ciuitatis accedere tenea
ntur Et si aliquis offitialis dicti
Comunis contra dictam formam
eos cogeret in decem libris dena
riorum uice qualibet puniatur
et puniri debeat tempore sui Si
ndicatus.

Quod quelibet ars habeat duos Re
ctores. Rᵃ.//

Firmamus insuper quod omnes
homines cuiuslibet artis ī
19 teneantur et debeant facere et ha
bere duos Consules siue Recto
res qui durent eo tempore quo
homines dicte artis durerint ī
ordinando Qui consules tenean
tur successiue ad penam decem soldo
rum congregari facere homines
dicte artis et ibidem Rectores



nouos deligere et eligi facere Et te
neantur dicte artes omni anno ī
festo beate marie de mense augusti
et beate firmine de mense Nouem
bris habere cereum Et ars que
non haberet soluat quilibet de
dicta arte quinque soldos den. Et pre
dicta omnia teneatur potestas pre
dictus facere conseruari ad penam
decem librarum den.

Quod quilibet teneatur soluere pro
libra et foculari. Rᵃ.



Omnes et singuli homines et
persone ciuitatis et districtus
amelie teneantur soluere pro li
20 bra et igne uel foculari non obsta
nte quod ignem uel foculare non fa
ciant in ciuitate uel districtu a
melie Et qui colligent datum te
neatur ignem et foculare exige
re et accipere a predictis ad pe
nam Centum soldorum exceptis
illis qui pro tributo aliquid solue
rint comuni amelie et mulie
ribus biduis non habentibus li
bros neque per appodium neque per
aliam uiam et non habentibus
reditum uel usumfructum aliquo
quesito colore publice uel occul
te declarantes quod si infra termin
um sex mensium a die impositi ī
dicti datij non soluerint cogi po
ssint per offitiales domini potes
tatis de facto ad soluendum dictū
datum et quartum plus pro eorum
executione et catasteriorum ali
quo non obstante.//

Quod laborator non possit accusari
de dampno a Custode celato. Rᵃ.

Laborator bonorum alicuius
de dampno per ipsum uel
21 eius filios uel familiare dat[o] ...

faciat in ipsis bonis que habuerit
ad laborandum non possit accu
sari uel denumptiari per custodē
celatum uel per alium et si accu
saretur non ualeat ipso iure po
ssit tamē accusari a domino rei co
ntrario aliquo non obstante .//

Qđ Nulla donatio fiat alicui foren
si de denariis quos habere debet
a Conmuni . Rca

NVlla persona dicte ciuitatis
amelie uel districtus uend
at uel concedat aliqua ratione
.22. uel causa uel aliū contractum
faciat alicui forensi de denī uel de
re quacumqꝫ alia quos uel quaꝫ
recipere debet a Commune amelie
uel spetialibus personis dicte ci
uitatis et comitatus ad penam .l.
quinquaginta librarum et nichil
ominus talis Contractus si fieret
non ualeat ipso iure et si quis
dederit uel dabit uel alium con
tractum fecerit et commune ame
lie uel spetiales persone dicte ci
uitatis uel comitatus dampnū ali
quod receperint uel alter ipsoꝝ
receperit quod talis qui dederit ue
ndiderit uel donauerit uel aliū
contractum fecerit cogatur rea
liter et personaliter ad restitutio
nem dicti dampni Et nichilomi
nus ad dictam penam .L. libr di
cto Camerario soluendarum te
neatur .

Qđ habentes plures artes debe
ant soluere in Cereo Cuiuslibet
artis . Rca

SI homines et persone Ciui
tatis amelie et in ea habi
tantes plures artes fecerint uel
.23. de pluribus artibus se intromise
rint quod in cereo cuiuslibet artis
de qua fecerint soluere teneantur
partem eos contingentem Et quod po
testas et Guardianus et quilibet
alius offitialis ad petitionem Rec
torum artis cogat tales nolentes
soluere ad soluendum id quod ei
sdem seu eidem esset impositum

De mercede danda Capientibus
exbanditum . Rca .//

QVicumqꝫ ceperit aliquem ex
banditum Ciuitatis amelie
.29. in aliqua quantitate pecunie oc
casione malefitii Conmissi per eū
et illum duxerit et presentauerit
in fortiam dicti Conmunis quod ha
beat de bonis et hauere dicti co
nmunis quartam partem eius
quod idem exbanditus uel alius pro
eo soluerit dicto Conmuni pro
exbandimento seu Condempna
tione de eo facta quam quartaꝫ
partem Camē Conmunis qui pro
tempore fuerit statim cum ad ma
nus eius peruenerit soluere te
neatur eidem uinculo iuramen
ti et ad penam dupli statuto aliquo
non obstante Si uero qui cepit
aliquem exbanditum Conmunis
in persona uel membro et ipsum
duxerit in fortiam Conmunis
et assignauerit si in persona con
dempnatus et exbanditus extiterit
talis capiens et curie presentans
habeat et habere debeat de bo
nis et hauere dicti Cōmunis quin
quaginta libr denī Si uero in me
mbro exbanditus fuerit capiēs
et ducens ut supra habeat de
beat a Conmune decem libr denī
quas quantitates denī Camē Conmunis
qui pro tempore fuerit absqꝫ ali
qua alia deliberatione et alicuius
requisitione soluere teneatur sta
tuto aliquo non obstante dummodo

hoc statutum locum non habeat in
offitialibus forensibus dicte ciuitatis
et eorum familys set famulis quod nul
lam quantitatem pecunie habere debe
ant a comune ex captione uel repre
esentatione huiusmodi. Statuentes
quod quicumque exbanditus dicti Commu
unis presentauerit aliquem exba
nditum communis predicti et eum
in fortiam dicti communis duxerit
quod presentans siue ille cuius nomine
representatio fieret sit et habeatur
pro rebandito communis dicte ciui
tatis si representatus esset exban
ditus in pari et equali pena cum re
presentato et excederet cuiusque ip
sorum summam Centum libr. den. sed
si non in pari et equali pena de ei
exbandimento fiat de tractio usque
ad summam condempnationis eius
qui fuerit representatus. Addentes
quod dominus potestas qui pro tempo
re fuerit in ciuitate predicta uincu
lo iuramenti et ad penam uiginti
quinque librarum de suo salario reti
nendo teneatur et debeat presens ca
pitulum notum facere per publicum
bandimentum quolibet mense sui
offitij.

De pena portantium forcellas. Rubrica

Forcelle pali et saramenti non
apportentur per aliquem ad
Ciuitatem amelie sine licentia Nota
ry dampnorum datorum. Et porta
25 nary portarum teneantur eis acci
pere et iurare tempore quo accep
tant offitium adimplere predicta.

De foro faciendo in platea uetere Co
mmunis. Rubrica

Ueterem consuetudinem seruan
tes Statuimus quod quolibet
die sabati boues aduendendum debe
26 ant retineri in platea ueteri Co
munis amelie ad penam Centum
soldorum den. pro quolibet retine
nte in aliquo alio loco dicta die cum


uendendi. Et insuper quod mulieres que
ueniunt dicto die ad forum cum rebus
uenalibus. Statuimus quod ipse ueni
re et stare debeant aduendendum cum
pullis caseo et alijs rebus uenalibus
in dicta platea tempore estiuali scilicet
a kalen. aprelis usque ad kalen. octub
ris exclusiue ad penam uiginti sold.
pro qualibet muliere contrafacienti
et qualibet uice de facto exigenda ab
eis.

Quod cuilibet liceat monetam falsam
rumpere. Rubrica

Liceat cuilibet mercatori mone
tam falsam rumpere que ad
27 eius manus deuenerit et de fracta
re pro libito uoluntatis ita et taliter
quod expendi non possit absque pena.

Quod tabernary habeant mensuras
sigillatas. Rubrica

Quilibet tabernarius seu uini
uendens habeat petictum
medium petictum et foglectum
28 sigillatum sigillo plumbeo et ipsum
uinum cum ipsis mensuris uendere
secundum ordinem inferius declara
tur. Et semper quando petictum fue
rit sibi uinum debeat dare et ire ad
uegetem ad ipsum uinum auriendum
et debeat ipsum uinum quod uen
ditur siue quod uendetur retinere in
aliquo uase nec mensuret dictum ui
num nisi cum mensuris sigillatis et
habeat in disco nisi dictis mensuris
sigillatis possit tantum habere et re
tinere urceum cum aqua et unum
uas pro aqua [illegible] et
qui contrafecerit in aliquo predictorum
soluat pro bando uice qualibet uigi
nti soldos. Et quilibet possit contra
facientes [illegible] et accusare
habeat medietatem banni. [illegible]
llus tabernarius possit miscere
quod uinum [illegible]
uenderetur ad penam [illegible]
den. et non possit habere [illegible]



tabernam et ante hostium quod im
pediat quin possit intrare tabernā
usqꝫ ad uegetem et debeat dictus ł
tabernarius seu uinum uendens ł
proprijs manibus miscere uinum
omnibus ementibus et petentibus
ad penam decem soldorum pro quo
libet et qualibet uice Et quilibet
possit contrafacientē denumptiare
et accusare et stetur et credatur sa
cramento accusatoris et habeat me
dietatem banni Et quilibet taber
narius uinum uendens alteri tene
atur et debeat proprijs sumptibꝫ
ad ipsum uinum uendendꝫ retinere
uasa et ciatos ad penam quadragi
nta soldorum pro quolibet et quibꝫ
uice Et q̄ siquis per iochum uel alio
modo ruperit uel fregerit aliquod
ex dictis uasibus uel ciatis anteq̄
recedat a dicta taberna teneatur ł
et debeat emendare id quod frege
rit ipsi tabernario ad penam Cen
tum soldorum pro quolibet et q̄li
bet uice Si uero furtiue uel alio
modo aliquis exportauerit uel ac
ceperit clam aliquid uas uel cia
tum cuiuscumqꝫ fuerit extimatio
nis condempnetur et puniatur ī
decem libris denariorum quarū
medietas sit tabernarij et alia Co
munis amelie Et quilibet admic
tatur ad denumptiandum et accu
sandum Et ne fraus conmicti pos
sit in uenditione dicti uini Statu
imus q̄ ad ipsum uinum mensura
ndum per Comune amelie pro uti
litate conmunis habeatur et ha
beri debeat expensis comunis unꝰ
sciabecator qui teneatur et debeat
mensurare uegetes et uinum q̄d
uendetur et eius dicto et mensure
stetur et stari debeat et tabernar
ij rationem reddere teneantur et de
beant domino dicti uini secundū
mensuram et dictum dicti sciabe
catoris ad penam decem librarū

denariorum pro quolibet Contra
facientē et habeat ipse Sciabecator
pro sua prouisione pro qualibet sa
lma uini quatuor deñ et a Comu
ni domum sue habitationis et im
munitatem ab omni hono onere p
sonali Addentes q̄ non obstantē ł
uerbis suprascriptis in presenti ca
pitulo licitum sit uinum uenden
tibus ad menutum in discho et ex
tra retinere quecumqꝫ uasa uolu
erint etiam non sigillata dum mo
do ipsa uasa que sic retinerentur
sint maiora petecto et teneantur
et debeant una cum alijs mensu
ris predictis retinere medium fo
liectum sigillatē ad ipsam penam
Et teneantur et debeant dictas ł
mensuras dare plenas et iustas
et nullam fraudem conmictere
in predictis ad penam quinqꝫ soldo
rum pro qualibet uice et postq̄
dictus Sciabecator erit et habe
bitur in ciuitate predicta ad men
surandum uinum uendendꝫ in pre
dicta ciuitate et ipsum adiustandꝫ
Nullus uinum uendi faciens in ci
uitate predicta uel comitatu eius
dem possit dictum uinum uendi ł
facere dicta mensuratione et ad ł
iustatione non facta ad penam de
cem librarum dicto uendi facienti
pro qualibet uice et qualibet ue
gete seu carrato Cuius uinum ue
nderetur Et ad eandem penam te
neatur uinum uendens dicta men
suratione non facta aliquo non ob
stante Et q̄ in causis occurrentibꝫ
occasione uenditionis dicti uini q̄
ipsos uendentes pro alijs ad peti
tionem cuius fuisset dictum uinū
Iudex ciuitatis amelie possit et
debeat procedere et super hijs con
gnoscere precipere et mandare su
marie et de plano sine libello et siñ
strepitu et figura iudicij omni sol
lempnitate obmissa ad penam ui

gintiquinque libr. den. dicto iudi
ci si non obseruauerit supradicta
Addentes etiam quod nullus reced
at a dicta taberna inuito taber
nario ante solutionem uini re
cepti ad penam uiginti soldorum
pro quolibet et uice qualibet.

**Quod quilibet teneatur fauere Re
ctoribus artium. Rubrica**

PRo honore et statu comu
nis et populi ciuitatis A
melie potestas et guardianus
.29. et domini antiani populi et qui
libet ipsorum teneantur et debe
ant Rectoribus artium dicte
ciuitatis et cuilibet ipsorum i
fauere et opportunum consili
um et auxilium quotiens req
siti fuerint dare.

**Quod cuilibet liceat Car[nes]
mortitinas uendere ext[ra] por
tas. Rubrica**

Cuicumque liceat sit licitum ue
ndere carnes mortitinas
extra muros ciuitatis amelie
.30. sine pena [ali]qua pro duobus [illegible]
libr. [illegible] non obstante aliquo ca
pitulo statim in contrarium lo
quenti. Addentes quod nulla perso
na possit uendere aliquam de dictis
carnibus ultra quinque libr. ad
penam uiginti soldorum den. in
quolibet dictorum casuum et
quilibet possit contra facientes in
predictis denumptiare et accu
sare et habeat medietatem ba
nni et in credentia teneatur et
habeantur pro carnibus morti
cinis omnes que uenduntur i
extra muros predictos et quilibet
possit tales contrafacientes de
numptiare et accusare et cre

Quod Cuilibet [illegible]

datur sacramento accusatoris
cum uno teste et habeat medi
etatem banni et potestas recep
ta dicta accusatione et actesta
tione unius testis ut dictum est
summarie et de facto dictam pe
nam accipiat uinculo iuramenti
ac etiam inquirere possit tene
atur et debeat.

**De pena macellariorum tenen
tium carnes in domo propria
uel conducta. Rubrica**

NUllus macellarius tenere
debeat de die in domo sua
propria uel conducta aliquas
.31. carnes sine signo porci maschu
li uel crastati carnibus bouinis
exceptis et qui contrafacere i
uentus fuerit in decem libris
denariorum uice qualibet pu
niatur ac si esset inuentus uen
dere unam carnem pro alia et
de hoc stetur et credatur inue
ntioni et relationi cuiuslibet i
offitialis domini potestatis et
inuentioni Notarii dampnorum
datorum et cuiuslibet alterius
offitialis cui commissum fuerit et
cuilibet eorum uel duorum fa
miliorum dicti domini potesta
tis ac etiam si legitime proba
tum esset. Super quibus dictus
dominus potestas Notarius et alii
offitiales quibus commissum
fuerit et quicumque eorum in
uenerit possit inquirere proce
dere et punire eo modo quo si
bi uidebitur et inuentos culpa
biles condempnare ipsos et pu
nire. Addicientes quod de penis pre
dictis et aliis appositis in quo
cumque capitulo presentium [illegible]

statuorum contra macellarios
tamen quilibet offitialis habeat et
habere debeat quartam partem
de inventionibus eorum tantum
quod ius alibi nulla fieret mentio
de predictis .

Quod notarius dampnorum dato
rum possit contra macellarios
Rubrica :

Notarius dampnorum da
torum communis et pop
uli civitatis amelie possit tene
atur et debeat procedere per a
32. accusationem denumptiationem
et inquisitionem et omni modo
et iure quibus melius potest
et quo melius sibi videbitur contra
omnes et singulos macellarios
et omnes vendentes pisces et
carnes in civitate amelie et eius
districtu qui non observarent
ordinamenta facta et que fierent contra
eos et ab aliis contrafacientibus
penam et bannum quibus in
currerent auferre de facto Qui
notarius teneatur de predictis
semel inquirere qualibet ebdom
ada et predicta et quolibet pre
dictorum summarie observare
ad penam decem librarum denariorum
de suo salario Super quibus per
dominos antianos fiant et eli
gantur custodes celati qui con
trafacientes denumptient et
eorum et cuiuslibet ipsorum
relationi stetur et credatur usque
in decem soldis abinde vero su
pra usque ad viginti soldos creda
tur cum uno teste bone fame et
nichilominus quilibet alia per
sona eosdem contrafacientes
possit denumptiare et accusa
re et in credentia teneatur et ha
beat [illegible] partem eius quod

ex sua denumptiatione vel accu
sa devenerit in commune Reser
vata domino potestati et suis offi
tialibus auctoritate procedendi
contra predictos non obstante pre
senti capitulo.

De pena macellariorum et piscia
iolorum. Rubrica

Macellarius seu alius aliquis
vendens carnes pro carni
bus et querenti non verum respo
ndens cuius animalis sint carnes
33. ille seu macellarius scrofas vel po
rchas aliquas a kalendis maii
usque ad festum omnium sancto
rum solvat pro pena vice qua
libet communi amelie centum
soldos denariorum Et super hiis
potestas et sui offitiales cum accu
satione et sine procedere debeant
omni mense et culpabiles puni
re et quilibet possit contra facie
ntes denumptiare et accusare et
et habeat quartam partem ba
nni predicti et si accusatus non
fuerit aliter [illegible] sacram
ento puro accusatori [illegible] puniatur
in decem libris pro quolibet pre
dictorum cuius pene quarta pa
rs sit accusatoris et alia quarta
pars offitialis executionem facientis
alie due communis Et si potestas
non faceret vel fieri faceret exe
cutionem predictam ipso facto
penam incurrat decem florenorum auri
possint autem macellarii vendere
carnes scrofinas hircinas bacca
[illegible] et hiis similes extra macellum
communis ubicumque seperatim ab
aliis bonis carnibus Et quod vendi
non possint prope locum ubi per
fecte et bone carnes venduntur
per decem pedes vel via mediante
ad penam predictam Et nullus

macellarius inflet carnes nec in
flari faciat ad penam quinque libra
rum denariorum Et ad hec
eligantur duo homines de qualibet
contractu quorum accusationibus
et relationibus debeat stari et
stetur uel alicuius ipsorum et ha
beant quartam partem banni qui
iurent eorum offitium facere bo
na fide sine fraude qui debeant per
pendere et ire et custodire ad pre
dicta et si fiat contra uel ne et ac
cusare uel ne et accusare contra
facientes de singulis predictorum
ad penam decem librarum den.
Et potestas de negligentia et fra
ude contra eos inquirere tenea
tur omni mense Macellarii au
tem non incidant seu diuidant
carnes ante diem ad dictam pe
nam Et debeant retinere septem
pondera ad minus. i. septem pecia
ferri quorum unum sit ponderis
quinque librarum et alia unius li
bre pro qualibet et unum sit po
ndere medie libre et omnia sint
sigillata sigillo communis et adiu
statoris Et quilibet vendere de
beat carnes cuilibet petenti ad
perfectum pondus uz ad libram et
mediam libram per uicem et
tot et quot et qualibet uice pe
tite sint ad penam quatraginta
soldorum et quod si habens excusas
nolle petitas dare quia uendite
essent et contrarium probaretur
soluat uice qualibet pro menda
cio et negatione quatraginta sol
dos denariorum et carnes quas
dixerit vendidisse postquam petite fu
erint ab in totum uel in partem
ante quam dictus petens recedat ma
cellarius teneatur extrahere et
extrahi facere de dicto macello ad
dictam penam et de his possit de

nunptiari et accusari ut de ali
is et etiam puniri Pisces autem
tempore quatragesimali uen
dantur solum in macello commu
nis Alio uero tempore in tota
platea Sancte marie et non ali
bi et vendi in totum debeant eo
die quo portantur ante iam uel
sequenti per illos a quibus por
tantur Qui uero eos associaue
rit ad uendendum eosdem pisces
soluat uice qualibet viginti sol
dos denariorum quam penam
soluat quilibet contrafaciens
in aliquo predictorum et semper
pisces uendantur ad libram Addi
centes supradictis quod dicti macel
larii uel aliqui alii carnes uen
dentes ad minutum seu tagliz
non possint nec debeant aliquo
modo uel causa uendere ad po
ndus uel alicui ponderare ali
quas coctias capitis nec pedes
uel gambas usque ad iunturam
ginocchii alicuius animalis quod
uenderent ad minutatim nec etiam
Capita animalium predictorum
ad penam quatraginta soldorum
denariorum pro qualibet uice Et
predicta pondera per eos fiant
iusta et fieri debeant cuiuscumque
quantitatis sint carnes que po
nderarentur post ipsa uenditione
ad penam predictam pro qualibet
uice qua contrafecerint in pre
dictis Et quod quilibet macellarius
teneatur in dicto macello uiri
lium animalia retinere donec
carnes fuerint uendite per eum
ad penam .xx. soldorum pro qua
libet et qualibet uice declara
ntes quod omnes et singuli vende
ntes carnes a sabato paschali
resurrectionis domini usque ad
.xv. dies mensis maii [illegible]

pisces ... vendat ... [illegible]

teneantur facere Carnes et co
gi poſſint et debeant pro toto
anno per poteſtatem et quem
libet alium offitialem Commu
nis amelie Et ſi poteſtas negli
gens fuerit in predictis uel
aliquo predictorum ſeu obmi
ſerit peñ incurrat decem flor
auri ipſo facto. Ac etiam de
clarantes q omnes predicte ſ
pene ſine diminutione Intelli
gantur aliquo non obſtan. etc.

De Rectores macellariorum
teneantur requirere alios ma
cellarios pro malis Carnibus.
Rubrica.

Rectores macellariorum
et quilibet eorum poſſit
teneantur et debeant qualibet
34 edomata ſemel et pluries ſi eis
uidebitur ire ad apotechas ba
rechas et domos aliorum ma
cellariorum et ad alia locha in
quibus carnes inuenire credi
derint vnas Carnes pro alijs
ſeu aliquid facerent Contra for
mam ſtatutorum Et quos in
uenerint ſtatim referre debe
ant domino poteſtati ſeu Nota
rio dampniorum datorum ſeu
alijs offitialibus quibus conmiſſum
fuerit quorum relationi ſtetur
et credatur ac ſi legitime proba
tum eſſet Et de omni quod exde
numptiatione ipſorum venerit
in Communi medietas ſit Comm
unis et alia medietas ſit artis ſ
6 macellariorum predicte. Et re
ctores predicti teneantur pre
dicta Jurare et obſeruare uin
culo Juramenti. Et ſi negligen
tes fuerint in quinque ſol. de
de facto uice qualibet puniatur.

De quilibet habeat ortum In
ſua poſſeſſione. Rubrica.

Item q quilibet habens
poſſeſſionem intenuta Ciuita
tis amelie teneatur facere et
35 habere ortum ſaltim in una ſ
ex ſuis poſſeſſionibus ſub pena
uiginti ſoldorum. Et poteſtas ſ
poſſit inquirere ſuo et ſimiliter
Notarius dampniorum datorum
et hoc bandiatur.

De Cuilibet liceat Carniferu
los per Capillos Capere. Rubrica.

Statuimus q ſi quis con
ſuetus portare Carnes et
requiſitus noluerit portare
36 Carnes a macello ad domum re
quirentis ſine peñ poſſit capi
a dicto requirente per Capillos
et cogi et extraſcinari per ca
pillos predictos tantum cum
moderamine ita q penitus Co
gatur ad portandum dictas carnes.

De molendinarijs. Rubrica.

Statuimus et ordinamus
q domini molendinorum
et molendinarij ipſorum mole
ndinorum teneantur et debeant
37 accipere pro multura duos oc
taiolos raſos pro qualibet ſal
ma grani ſeptem quartorum
et tres ottaiolos pro qualibet
ſalma miſticanze et aliorum
bladorum et Nullus det uice
ndam alteri et recolligat bene
circum archa farinam molendi
ad penam quinque librarum de
nariorum. Et q ſi aliqua muli
er portauerit in capite frume
tum ad macinandum molendi
narius debeat ei molere mani

nato frumento quod esset in termo
ia ad penam decem soldorum et
credatur sacramento ipsius muli
eris Et q in omni molendino reti
neantur et retineri debeant men
sure sigillate cum sigillo Comunis
vz quartis et octaiolus et medius
octaiolus ad penam quinque libra
rum denariorum Si uero alie mens
ure non sigillate reperte fuerunt
in ipsis molendinis uel aliquo ipso
rum uel contrafactum fuerit in
predictis uel aliquo ipsorum pre
dictorum eandem penam quinque
libr. den. soluere teneantur et da
mpnum emendare patienti creda
tur sacramento cuiuslibet accusa
toris cum uno teste Addicientes
q potestas et quilibet alius o
alis habeat et habere debe
6 rtiam partem pen. de jnv
corum tantum

De iuramento forn
nifacularum
eorum assectu

F orn
bus
38 n

infrascriptam nec etiam
nam dare uel tollere al
beat nec ardere seu de
panem uel subtrahere
alicui contrafacientis
dictis uel aliquo pre
luat pro banno ui
ginti sold. et dam
patienti dom
nis sacram
quem
Et r
l

52 v

arium Communis ..
pendis dicto assectu et
secundum eos Camerarius
et non aliter uel a
ad penam decem libr
et contrafacientes Et
...at pub bandiri p
...tem Et etiam
...uelibet pa
...vendere
...n quat
...ad p
...

dendum iuxta assettum facien
dum per dominos Antianos
et consiliarios decem uel ma
iorem partem ipsorum Ad pe
nam decem librarum den de fa
cto auferend sine aliqua dimi
nutione.

De pena extrahentium grassiam extra districtum. Rubrica

Grasciam aliquam preter
vinum oleum ficus mala
et pira aliquis extrahere non
39. audeat de dicta Ciuitate et eius
districtu Et qui contrafecerit p
dat somarium et salmam et p
uniatur in decem libris denario
rum Et quicumque accusauerit
...trahere contra dictam grasciam
...at medietatem banni p̄di
...tum sit tamen patri habe
...fratri habenti fratrem
...am ad studendum mi
...mas gram pro
...um sit bnicu p
...oleum nuces
...etiam blad
...cumque re
...re q i
...qua
...he

et versus confines aliarum terrarum propinquarum etiam per medium miliare. Et quod quilibet inventor et presentator dictorum fraudantium bestiarum et salmarum sic inventarum contra presentem prohibitionem etiam si sit de familia et officialibus supradictis auctoritate presentis statuti lucretur et lucrari debeat quartam partem omnium que ratione dicte inventionis et presentationis venirent in communi aliquo in contrarium loquente non obstante. Et quod quilibet possit denumptiare et accusare dictos contrafacientes in predictis et super eis cuius nomen si voluerit teneri debeat in secreto et pro tali denumptia et accusa habeat et lucretur etiam quartam partem totius eius quod occasione sue accuse vel denumptie venerit in commune. Et si dictus potestas super predictis fuerit negligens vel remissus non inquirendo et procedendo ut supra dictum est puniatur in quinquaginta libris de suo salario retinendis per Camerarium communis Amelie de eius ultima terzaria pro interesse dicti Communis Amelie tempore Sindicatus.

Quod Nullus hedificet In viis publicis sine licentia. Rubrica

·98· In viis publicis Civitatis predicte nullus edificet seu ponat aliquod edifitium et qui contrafecerit solvat pro banno decem libras denariorum et ipsum edificium et rem in pristinum statum reducendo et nullus etiam possit edificare iuxta ipsas vias seu plateas et rem communis sine licentia potestatis et sine presentia Sindici communis fundamentum quod de novo faceret ponere et qui contrafecerit puniatur in viginti libris denariorum et nichilominus id quod posuerit in fundamento de novo iter debeat elevare. Et si inde accusatus non fuerit volumus habere locum quod per inquisitionem procedi non possit. Et potestas teneatur predicta executioni mandare infra primos duos menses sui regiminis et teneatur videre omnes vias et plateas Civitatis ad petitionem cuicumque petentis et si viderit aliquem contrafacientem eum puniat secundum dictam formam. Quicumque vero superapprehenderit sive superapprehensum tenet a triginta annis citra de viis publicis vel vicinalibus vel possessionibus communis debeat superapprehensum restituere ad penam viginti librarum pro viis publicis et possessionibus Communis pro vicinalibus aut ad penam quadraginta solidorum communi predicto solvendorum. Et qui vero de bonis et rebus communis Amelie mobilibus habet vel abstulit vel subtrassit ipsa seu ipsam se restituat communi saltem infra terminum in banno assignandum ex parte potestatis et qui contrafecerit si res penes eum inventa valuerit a decem libris supra solvat detentor Centum libras pro banno communi Amelie si autem valuerit decem libras et abinde infra usque ad centum soldos solvat detentor pro banno viginti libras si autem valuerit centum soldos usque ad quadraginta soldos solvat viginti soldos et abinde infra solvat pro pena decem soldos

53v

denariorum Et potestas et sui offitiales in principio sui regiminis teneantur omnia hec per Ciuitatem facere publice bandiri mandando ea Communi restitui infra terminum supradictum Et qui ad dictum terminum restituerit ad penam aliquam non teneatur et elapso dicto termino teneatur potestas sollempniter inquirere de omnibus supradictis et inquisitum ponere et restitui facere uinculo Juramenti et etiam ad petitionem cuiuscumque Et quilibet tales detentores et occupatores possit denumptiare et accusare et teneatur in credentia et si potestas fuerit negligens in predictis soluat Communi pro pena centum libras denariorum appodiare autem muro communis uel edificium aliquod uel appodiatum tenere nemo possit sub dicta pena et edificium cesset.

De modo colligendi datiuus. Rubrica

99 Statuimus et ordinamus quod quicumque collegerit aliquam datiuam seu gabellam in ciuitate amelie uel eius Comitatu debeat ipsam seu ipsas colligere et legaliter ab omnibus eam soluere uolentibus et si dicti tales solutores uoluerint apodissam de dicta solutione quod dictus talis colligens teneatur et debeat manu propria scribere apodissam dicte solutionis in Carta pecudina uel alibi prout sibi petitum fuerit cum millesimo mense Jndictione et die et quantitate soluta recepta primo a dicto petente sex denarios pro suo labore pro qualibet apodissa ad penam Centum soldorum si predicta facere recusauerit

De Remensuratione terrarum. Rubrica

Statuimus et ordinamus quod terre et possessiones Ciuitatis et Comitatu amelie intus et extra
100 mensurentur et mensurari debeant de nouo ac etiam extimari et noua libra fiat per mensuratores et extimatores eliendos per dominos Antianos populi infra octo menses post publicationem presentium statutorum et de predictis noua Catasta fiant et scribantur primo in Cartis bambacinis secundo in cartis pecudinis expensis Communis amelie Et quod domini Antiani qui erunt de mense Juny et July proximum futuri primo mense eorum offity teneantur et debeant eligere et nominare mensuratores forenses qui mensurare debeant possessiones et terras predictas et etiam Notarios qui scribere debeant et pro eis mictere quod ueniant ad predicta faciendum et Jncipiendum de mense July cum salario deliberando in consilio generali Et etiam eligantur per Antianos dicti extimatores Ciues ad extimandum terras et possessiones predictas et sint dicti extimatores etatis ad minus quatraginta annorum cum salario in supradicto consilio ordinando Alias uero personas pro assignatione terrarum et possessionum et alys necessarys eligere debeant domini Antiani predicti pro ut eis uidebitur et placebit.

De pignoribus Communis uendendis. Rubrica

Statuimus quod in principio cuiuslibet Antianatus infra quindecim dies ipsi domini Antiani
101 teneantur et debeant reinuenire

et reinueniri facere omnia pignora Communis amelie accepta cuicumque persone et proquibuscumque de causis et ipsa pignora postmodum infra octo dies uendi facere in platea Communis Et plus offerenti dentur factis primo infra dictos quindecim dies tribus bandimentis quod quicumque habet aliquod pignus in Communi debeat ipsum recolligere Et quicumque fuerit tempore retrohacto massarius Communis et habet aliqua pignora dicti comunis teneatur eisdem dominis Antianis infra terminum dictorum bandimentorum assignare et restituere ad penam uigintiquinque libr. pro quolibet contrafacienti et Cancellarius dicti Communis sit presens una Cum Camerario quando dicta pignora uendentur et precium eorumdem scribere debeat in libro introituum Camerarii et scribere debeat nomen ementis pignus et cuius fuit et quantitatem solutam.

De pena intrantium uiolenter per portam Cum armis uel sine contra uoluntatem Custodis. Rubrica.

.102. Statuimus etiam quod nulla persona forensis cuiuscumque status et conditionis existat audeat uel presumat intrare per aliquam portam dicte Ciuitatis uiolenter cum armis uel sine contra uoluntatem custodum portarum exceptis offitialibus et stipendiariis Sancte matris Ecclesie ad penam mille libr. den. quam penam si non soluerit infra decem dies a die late Sententie contra eum unus pes amputetur eidem et cuilibet liceat ipsum Capere et ducere in fortiam communis sine pena aliqua et hoc Capitulum bandiatur in principio offitii cuiuslibet potestatis.

De pena colligentium Gabellas in districtu amelie sine licentia uel auctoritate. Rubrica.

.103. Ordinamus insuper quod nulla persona audeat uel presumat in territorio et districtu Amelie colligere uel exigere aliquod pedagium uiagium seu gabellam aliquam uel transeuntes cum salmis uel mercantiis seu bestiis quoquo modo impedire preter habentes autoritatem seu licentiam ab Antianis populi seu a Comunitate Amelie uel ab eius offitialibus Si quis autem contrafecerit uel attentauerit seu auxilium consilium uel fauorem prestiterit uel contra predicta fieri mandauerit habeatur proinde ac si stratas rupisset in ipsis quod stratis derobauerit et pena Centum flor. auri condampnetur.

De Nuptiis faciendis. Et uestibus portandis. Rubrica.


.104. Uolentes sequi formam reformationis super infrascriptis capitulis alias facte et circha utilitatem publicam prouidere ipsa primo quidem reformatione moderata et correcta xpi nomine inuocato Statuimus et ordinamus quod nulla mulier oriunda Ciuitatis Comitatus et districtus Amelie cuiuscumque gradus uel conditionis existat preter infrascriptas nec ulla alia mulier tam nupta quam nubenda alicui ciui uel forensi in dicta Ciuitate Comitatu et districtu Amelie

de pagina cauda

poſſit ferre aliquam ueſtem l
ſeu clamidem que ſit coloris ſca
rlacti uel roſati grane neq uellu
ti neq alterius generis ſirici ſeu
ſete ad penam centum librarum
exceptis mulieribus doctorum
ac Militum et omnibus alijs pe
ſonis forenſibus que non ſint l
nupte Ciuibus Conmunita Co
mitatenſibus et diſtrictualibus Ci
uitatis predicte quibus liceat fe
rre indumenta pro earum libitu
uoluntatis impune Jtem q nulla
mulier tam ciuis q Comitatiua
ac diſtrictualis prefate ciuitatis
Amelie poſſit nec debeat nec ſibi
licitum ſit ferre aliquod ueſtim
tum q excedat menſuram undecim
bracchiorum ad menſuram dce
ciuitatis uolumus tam q in ueſti
bus quas licet dictis mulieribus
portare non poſſint ferre aliquid
racamen ſeu racamatum neq ar
gentum neq aurum aliqd preter
uncinellos uel maſpillos ſeu buc
tones argenteos qui non exceda
nt pondus quarte partis unius
uncie ſaluis mulieribus iam di
ctis ad penam quinquaginta libr
Jtem q dicte Mulieres nec aliqua
earum ſaluis predictis poſſit po
tare aliquod ornamentum capitis
munitum perlis neq coptum ali
quo ornemento qd excedat ualo
rem et extimationem trium flor
ad rationem quinquaginta bon po
quolibet floreno noſtre currentis
monete ad penam decem libr d.
Jtem q prefate mulieres except
is predictis non poſſint ferre ali
quem balteum uel zonam corri
giam ſeu fiectam argenteam q

excedat pondus ſex unciarum co
nputata fiecta in dicto pondere ſb
decem librarum pena Jtem q muli
eres predicte non poſſint ferre l
maſpillos ſeu buctones argenteos
niſi in manechettis tantum q non
excedant pondus unius uncie l
cum dimidia ac etiam non poſſit
ferre Anulos qui excedant ua
lorem et ſummam ſex flor auri in
ter omnes quos portare continge
rit una ſimul ad penam decem libr
Jtem ad refrenandum oneroſos et
inſupportabiles ſumpt qui ultra
modum ſepe nimio profundebantur
et fiebant in nuptijs ſeu conui
uijs nuptiarum Ciuium comitaten
ſium et diſtrictualium ciuitatis
Amelie in quibus plerique etiam
ultra facultates ſuas conabantur
procedere Ordinamus q quando
contingat nuptias celebrari per
aliquos Ciues comitatens et di
ſtrictuales Amelie hij qui dictas
nuptias de cetero celebrabunt non
poſſint nec debeant quoquo modo
ducere et retinere ad dictas nup
tias ultra numerum ſex hominum et
totidem mulierum conuiuarum
ultra conſanguineos et affines
uſq in tertium gradum conputa
ndos tam de affinibus et conſang
uineis mariti q ipſius ſponſe non
conputando in hoc numero ſeruitores
et Coquinatores tam maſchulos
q feminas quos ducere et retin
ere poſſint ad eorum uelle conpu
tando dictos conſanguineos ſecu
ndum Jus canonicum expreſſe
decernentes q nullus conuiua
neq alius qui accederet ad dictas
nuptias poſſit donare ſeu tradere

aliquod enseniun seu donum illis
celebrantibus dictas nuptias neque
alteri pro eis que omnia etiam obser
vari volumus quando mulier vel spo
nsa reintromictitur in sanctum et
quod nullum donum seu bursia cum de
nariis vel sine neque cum aromatibus
fieri possit per matrem vel aliquam
aliam personam inter sponsum et
sponsam quando reintromictitur in
ad sanctum prout alias consuetum
extitit ad penam viginti quinque libr.
den. Item addentes quod nullus Socer
neque Socrus aliqua Civitatis comita
tus et districtus Amelie teneatur nec
abstringi possit alicuius usitate con
suetudinis in dicta Civitate comi
tatus et districtus Amelie vigentis redu
cere sponsum neque sponsam ad eorum
propriam domum neque pro illis ex
pensas aliquas facere plus quam ipsis
placuerit tam ante quam post celebratas
nuptias predictas. Item statuimus
et decernimus declarantes quod in die
sponsalitii vel eo die quo narratur
sponsa eius sponsus non possit nec
debeat aliquod convivium facere sed po
st ipsum sponsalitium factum vel na
rrationem sponsus possit socios et
quos voluerit ducere solum ad bi
bendum ad tabernam prout acte
nus in dicta Civitate consuetum ex
titit ad penam convivanti xxv libr.
Addentes ad tollendum omnem abu
sionem quod si quis percuteret in hui
modi celebrandis sponsalitiis spon
sum pugno vel alapa vel alia per
cussione pena dupli puniri debeat
ac si in platea vel in presentia potestatis
dicte civitatis id comicteret et perpetra
ret qui potestas ut predicta firmius
servari possint in futurum teneatur et
debeat in huiusmodi sponsalitiis micte



re unum ex offitialibus suis ad in
dendum ne sponsus aliquas percu
ti valeat vel percutiatur ab aliquo
seu aliquibus hominum circumsta
ntibus ibidem. Item volumus et
mandamus quod post diem nuptia
rum per octo dies tunc proxime
sequturos tam sponsus quam retromi
ctens sponsam ad sanctum null
um aliud convivium facere vel
continuare possint ipsi vel aliquis
ipsorum in Civitate Comitatu et
districtu Amelie excepto die quo
sponsus faceret nuptias et die quo
dicta sponsa reintraret ad Sanctum
que associari possit a sex hominibus
tantum usque ad Ecclesiam et a sex
mulieribus post exinde ad do
mum die predicto de mane. Et
similiter quando eadem sponsa
reverteretur ad domum mariti
die quo reintromissa fuerit ad
sanctum de sero per sex homines
et non per plures associari po
ssit ad penam decem libr. exce
ptis duobus qui torcias ferrent.
Et si quis non vocatus associaret
eandem sponsam contra formam
et ordinem predictum ille talis pe
nam incurrat et non alius. Item
quod nullus sponsus post contractum
sponsalitium de sero possit ire ad
domum sue sponse nisi primo se
ro cum duobus sotiis et non plu
ribus excepto puero seu altero
qui torcias deferat. Ad penam de
cem libr. decernentes quod quando
sponsa accedit ad domum mari
ti nec eo die quo reintromictitur
ad Sanctum possit deferri vel po
rtari crescia seu panis aliquis
neque proici possit granum seu
aliud genus bladi prout iam

fuerat consuetum et q nullus
sponsus solus neq sotiatus acce
dere possit neq debeat ad dom
um sue sponse de sero ante diē
quo sponsa duci debet nuptui
ad dictam penam. Item vo
lumus et mandamus q nulla
mancia de cetero detur neq
dari possit alicui sponso nisi p
patrem fratrē tutorē uel cura
torē uel alium in propria do
mo existent et ipsi sponse p
tinentem Et quando dicta spo
nsa ducitur ad domum sui ma
riti nulla alia congregatio fi
eri possit nec sequenti die post
celebratas nuptias ullum co
rtegium seu uisitatio fieri pos
sit per mulieres ad domū ma
riti ipsius sponse sub pena et
ad penam in quolibet dictorū
trium casuum viginti quinq
libr deñ. Item decernimus et
mandamus q in conuiuio nu
ptiarum tam mariti q̄ et spo
nse quando reintromictit ad
sanctum de mane nō possit da
ri nisi una maneries ciborū
lissorum seu assatoruz ad pe
nam .xl. librarum deñ sine
diminutione exceptis insala
tiis seu solziis et subtestis taz
de mane q̄ de sero predcis et
predcā dicimus et intelligi vo
lumus quo ad tabulas pmas
et non quo ad alias tabulas
seruitorum in quib dari posse vo
lumus ad uoluntatem conui
uatium de assato et lisso simil
sine pena. Item Reformam
q cosam sponsarum qui seru
iatur in domo mariti non possi
nt excedere ualorez sex ducato
rum auri Et q mobile dand illis
non excedat illis quantitatem de
cem ducatorum auri ad penam q
nqueginta libr deñ sine aliqua di
minutione de cuius extimatione
stetur et stari debeat iuramto dāz
mobile tradentis si per offitiales fie
ret requisitio aliqua. Item q quo
tienscumq mulier parit nullum
aliud donum seu enseniuz sibi da
ri tradi et donari possit per patrez
matrem uel alium sibi pertinen
tem ultra quatuor paria Cappo
num seu pullorum tollentes omnia
alia usitata dona que dabantur
in partu dictarum mulierum pro
ut sunt mobile coltrarelle cuna
bule et alie consuete res nec etiaz
in dicto partu fiant dona per alias
personas de deñ uel omi seu aliis
rebus ad penam viginti quinq li
brarum sine aliqua diminutione in
quolib dictorum casuum. Item
ulterius statuimus q in pma ui
ce qua sponsus ducitur ad domum
sponse per ipsum sponsum nulluz
donum fieri uel donari possit eidez
sponse et econuerso dicta sponsa
donare non possit suo sponso qndo
stat in domo sui patris Et q añ q
dicta sponsa tradatur nuptiz nu
llum donum micti seu dari possit
sibi nec in planellis neq caleis seu
aliis ornamentis sub pena libr qn
decim sine diminutione aliqua.
Item Statuimus et ut predicta et
infrascripta melius obseruari va
leant ordinamus et ne ignorantia
allegari possit q pater frater con
sanguineus uel affinis illius que
nuptias celebrare contingerit uel
ipse met teneatur et debeat dicere
et notificare potestati dicte ciuitatis

et debeant ad petitionem cuiuſcu
mq; petentis maſculi uel femine
texere ipſum pannum pro pretijs
infra ſcriptis uz q accipiant et a
ccipere debeant pro quolibet bra
cchio ſacchi et groſſelli ſ unum i
et denarios tres pro quolibet bra
cchio panni decem ligaminum ſ
unum et denarios tres pro quoli
bet bracchio panni undecim et du
odecim ligaminum ſoldum unum
et den ſex pro quolibet bracchio
panni tresdecim et quatuordecim
ligaminum ſoldos duos pro quo
libet bracchio panni quindecim
et ſexdecim ligaminum ſoldos i
duos et denarios ſex pro quolibet i
tobaglolo uſitando in domo quoti
die quatuor unciarum bombicis
et abinde infra ſoldos ſex et dena
rios tres pro quolibet tobaglu
lo a quatuor uncijs bombicis ſ
bon unum pro qualibet uncia i
bombicis pro quolibet bracchio
tobalie ſubtilis bon tres pro quo
libet bracchio tobalie uſitande
in domo quotidie minus ſubtilis
uz groſſelli ſeu groſſi filati bon du
os et pro quolibet ſciucchatorio
bon unum pro qualibet uncia bo
mbicis et non ultra exceptis tam
tobagliolis laboratis ſeu laboran
ndis cum ſcacchis ucellis et alijs
nouis laborerijs de quibus fieri
poſſit conuentio cum textricibus i
textoribus predictis et ſecundum
ipſorum conuentionem ita ſolutio
fieri debeat Et q dicte textrices
ſeu textores teneantur et debeant
facere et exercere dictam artem
bene legaliter bona fide et ſine
fraude pro ſuprādictis pretijs ad
penam cuilibet contrafacienti et
deneganti in predictis uel aliquo
predictorum et exercere pro pre
tijs predictis quatraginta ſold pro
quolibet uice Et poteſtas dicte
ciuitatis et ſui offitiales teneant

et debeant iuuinculo iuramenti
ad penam decem libr de eorum
ſalario pro quolibet eorum et
qualibet menſe in quirere et in
quiri facere et ad petitionem cu
iuſcumq; petentis procedere in
predictis ſaltim ſemel in menſe et
contrafacientes in predictis uel ali
quo predictorum punire debeant
ſumarie et de facto dictas penas
ab ipſis contrafacientibus exigi fa
ciendo abſq; aliqua diminutione
et deuenire ad manus camerarij
dicti communis.

Q Nullus emat olera cauſa reu
endendi. Rubrica.

Olera cucurbides porros ca
ules et cetrones nullus emat
nec accipiat cauſa reuendendi an
41. te ueſperas et qui contra fecerit ſol
uat uice qualibet quatraginta ſol
dos denariorum. Et q nullus em
at pro reuendendo lepores oua
pullos et alias aues et alias res
comeſtibiles exceptis apris ceruis
et caprionis ad penam predictam
Et q poteſtas et ſui offitiales de p
dictis habeant quartam partem
pene.

Q mercatores legaliter faciant
artem eorum. Rubrica.

Mercator quilibet ſeu artifex
uel negotiator faciat fideli
ter artem ſuam et legaliter et nu
42. llus uendat unum pannum pro
alio et unam rem pro alia Et qui
contra fecerit puniatur uice qua
libet in uiginti libris denariorum
Et quilibet Canapacciaiolus debe
at portare ſecum per terram qn
do uadit emendo pannum bracci
um panni canapis iuſtum et ſe
gnatum uegis de ferro a capite et
a pede.

De peſone Communis habende qui
uocatur Juſtitia. Rubrica.

Quia uarietates in pe[illegible]
43. bus mercatorum [illegible]

Tiaula 2 maiores

inveniuntur in dicta civitate. Sta-
tuimus quod mercatores civitatis pre-
dicte teneantur et debeant fieri fa-
cere unum pesonem iustum ad po-
nderandum florenos et congrui
ponderis ita quod pondus iustitie sit
et nominetur secundum pondus
iustitie Civitatis Tuderti ita quod
secundum predictum pondus iu-
stitie et ad dictum pesonem et non
ad alium unusquisque teneatur
et debeat ad penam decem libr. den.
pro quolibet contrafacienti flore-
nos sive ducatos dare et recipere
ita quod floreni et ducati dicti pon-
deris occasione ponderis recusa-
ri non possint. Quem pesonem
dicti mercatores bene et legaliter
faciant per unum ex eis publice
retineri ita quod dictus peso et me-
rcator qui eum debeat retinere
ordinentur et publice appareat
cuilibet ponderare volenti infra
[illegible] decem dies post publicatum et
scriptum presens statutum et perpetuo du-
ret dictus peso et pondus in civi-
tate amelie dummodo dictus me-
rcator cuilibet petenti suos flor.
et ducatos ad petitionem pondera-
re volentis debeat ponderare et
eidem dicere si flor. ponderatus
sit iusti ponderis vel iniusti sine
aliquo salario vel mercede ad pe-
nam decem libr. pro quolibet
eorum et quotiens contra vene-
rint in predictis quarum penarum
habeat potestas vel eius offiti-
alis de inventionibus suis tam
quartam partem.

Quod Nullus neget artem suam operari. Rubrica.

Artem suam nullus opera-
ri et de ea alicui petenti
servire neget oblato salario con-
44 petenti et qui contrafecerit pu-
niatur vice qualibet in viginti
soldis den. nisi iusta excusatione [illegible]

De Tegulariis et forma Tegularum. Rubrica.

Tegulas et mactones et ca-
nales quilibet tegularius
debeat facere bene coptas et co-
ptos et bene crete. Et debeat te-
45 gularius quilibet facere ipsas
tegulas longitudinis unius pe-
dis et tertii et latitudinis unius
pedis infra orlos ad pedem co-
munis amelie et quod grossitudo
respondeat longnitudini et lati-
tudini et mactones in lognitu-
dine unius pedis et in ampli-
tudine unius sommissi ad ped-
em predictum et in grossitudine
trium digitorum et qui contra-
fecerit qualibet vice puniatur
in decem libris denariorum dicto
communi solvendis sine aliqua
diminutione et quilibet possit
contrafacientem denumptiare
et accusare. Et quilibet tegu-
larius canales faciat ad logni-
tudinem tegule et quod bene cope-
riant tegulas ad dictam penam.
Et potestas civitatis predicte N·m
teneatur et debeat rimari facere
quolibet mense contra predictos
tegularios et mictere unum ex
notariis suis pro investigatione
predictorum ita quod de predictis ap-
pareat in actis dicti communis
Et habeat ipse potestas duode-
cim denarios per libram de quan-
cumque quantitate quam occasi-
one predicta pervenire fecerit
ad manus Camerarii dicti Co-
munis quam de facto ad eius
manus faciat devenire.





De puniendo non solventes datias. Rubrica.

Datium aliquod impositum
per libram mensure terra-
rum sive per capita vel focula-
46 re et generaliter quomodocumque
et qualitercumque imponeretur

secundum formam statuti presen
tium statutorum quilibet tene
atur soluere condempnatus. Ideo et
nolentes potestas et sui offitiales
possint punire et condempnare
et contra eum cui impositum es
set datium procedere et bona sua
et ab eo penas et banna accipere
ad suum arbitrium et uolunta
tem non obstante aliquo statuto
Et potestas et sui offitiales tene
antur et debeant excutere seu i
solui facere omnia datia que te
mpore sui regiminis iponerent
per Commune amelie ex forma
statutorum uel ordinamentorum
addentes quod si predictam excusatio
nem non fecerint requisiti ab a
tianis qui pro tempore fuerint
quantitas non exacta [illegible]
rium dicti potestatis com[illegible]
et computari debeat.

Potestas teneatur durante eius [illegible] exigere et exigi facere [illegible] que imponerentur tempore sui offitii requisitus

Quod Nulla mulier uada[illegible] luctum uel ad forum. Rubrica.

Nulla mulier d[illegible] ciuitatis et
comitatus am[illegible] possit ire
extra territorium [illegible] ciuitatis
47 et dioc[illegible] ad aliquem [illegible] luctum nec
ad aliquod forum [illegible] causa emendi
uel uendendi al[illegible] nundinatam
uel mercantiam sine licentia po
testatis et Antianorum uel etiam
cum licentia et qui contra fecerit
puniatur in Centum soldis pro
quolibet et qualibet uice cuius
pene medietas sit accusatoris et
alia sit communis et cuilibet sit
licitum contra facientes denump
tiare et accusare et teneatur in
credentia et habeat dictam par
tem banni et credatur sacramen
to accusatoris cum uno teste. Et
potestas teneatur predicta bandi
ri facere infra octo dies primos



sui regiminis ad penam decem li
brarum den. et bis infra tempus sui
regiminis Inquirere et inquiri
facere et repertos culpabiles pu
nire et condempnare.

De pena aperientium apotechas diebus festiuis. Rubrica.

Item quod nulla persona Artifex
dicte ciuitatis amelie debeat
aperire aliquam apotecham ali
48 quo die dominico uel aliquo die
festiuitatum infrascriptarum scilicet
Sancte firmine de mense Nouem
bris Natiuitatis et resurrectionis
domini et festiuitatibus beate
marie excepto festo de mense Se
ptembris et nisi concurrant in die
Sabati quo casu in dicto die saba
ti non obstantibus dictis festiui
tatibus possit quilibet aperire
apotecham suam pro merchato
faciendo uel ostendendo aliam p
dictis non obstantibus pro aliquo
mercato faciendo uel ostendendo
aliam uel aliquod laborerium fa
cere ad penam decem soldorum Commu
ni applicandorum Et quod Rectores cuius
libet artis teneantur et debeant
iurare omni festo et die dominico
predictis Inquirere et contrafaci
entes denumptiare quorum denum
ptiationi credatur et predicta
pena de facto auferatur Et si quis
alius contrafacientes denumptia
uerit aut accusauerit sit tacitus eius
accuse et habeat medietatem pe
ne Et quoniam res et medicine
que sunt et esse consueuerunt in
apotecis Spetiarorum sint quoli
bet tempore necessarie pro reme
dio et salute personarum Statu
imus et decernimus quod non obsta
ntibus uerbis dicti capituli [illegible]

quolibet tempore diebus festi
uis uel non Spetiarij possint et
ualeant eorum apotechas ape
rtas retinere et de rebus ipsorum
vendere et dare petentibus pro
ut eis uidebitur et placebit et
occasione eorum artis cum lu
mine de nocte impune possint i
ire per ciuitatem amelie dum
modo sine armis et recta uia de
ipsorum apotecis ad do[illegible] in
firmorum et ad eorum prop[illegible]
non obstante statuto quod in con
trarium loqueretur Et credatur
et credi debeat eorum libris cum
iuramento de eorum credentijs
usque in quantitatem Centum sol.

Quod omnis Conuentio fiat ad de
narios monete Currentis. Rubrica

Item quod quelibet Conuentio
emptio uel venditio et qui
libet contractus ubi pecunia ap
pareret et quelibet numata de
49 singulis rebus debeat fieri ad mo
netam currentem per tempora i
et non ad rauennen. et perusin. ut
actenus consuetum extitit et qui
contrafecerit soluat nomine pene
pro qualibet libra quinque soldos
denariorum Et quod quilibet possit contra
facientem denumptiare et accusare
et credatur sibi et habeat medie
tatem banni et teneatur in crede
ntia Et quod in ciuitate amelie non
possit expendi rauenn. nec perus
in. ad penam predictam Et quod per
commune amelie procuretur pe
rusin. paruos haberi sicut videbi
tur per Consilium spetiale Adde
ntes quod de omni conuentione et so
lutione que ascenderet quanti
tatem quatraginta quatuor sold
inclusiue et ab inde super quilibet

teneatur recipere floren. uel du
catum pro illo pretio quod communiter
ualet in ciuitate amelie absque ali
quo cambio Sed a quatraginta qu
atuor soldis infra teneatur soluere
monetam pro qualibet conuenti
one nisi aliud processerit de vo
luntate creditoris uel recipere
debentis et ad hoc conpellatur et
conpelli possit tam soluens quam re
cipiens aliquo non obstante.

De terminatione fienda in mon
tibus et vijs fornoli. Rubrica

Item statuimus quod mons et
castellare castri fornolis te
rminetur et discernatur a pos
50 sessionibus spetialium personarum adiacen
tium dicto monti et vijs quibus
itur ad fontes Et quod silua Sancti
Si[illegible] banditur et custodia
tur [illegible] homines dicti castri et
contra[illegible] puniantur secun
dum for[illegible]am statutorum Et ad predictas
dictas vi[illegible] montes terminand.
sint et [illegible] beant duo homines
eliendi et [illegible]tandi per dominos
antianos [illegible] et quod per eos
factum fu[illegible] ualeat et teneat.

De uia uic[illegible] terminanda et
amplitudine [illegible] Rubrica

Ad petitionem Cuiuscumque
petentis potestas et eius
offitiales et etiam Notarius da
51 mpnorum datorum qui pro tempore
fuerit teneantur et debeant fac
ere terminari cum effectu quamli
bet viam uicinalem unde uia vi
cinalis est et vadat Et sit ipsa
uia ampla quinque pedum ad mi
nus et fiat expensis adiacentium
Et predicta omnia dictus potestas
ad penam viginti quinque librarum den.

et quilibet alius offitialis eius et dictus Not. dampnorum datorum ad penam decem libr. den. fieri facere teneantur sine salario ſumarie sine libello ſi tunc terminat. non fuerit Saluis tamen ſemper pactis inter partes Et ſimiliter poſſeſſ. non terminat. ad dictam penam.

Quod fons Nucicchie reactetur Rubrica

Fons nucicchie reactetur et in ea remictatur tota aqua que exit uel emanat de muro an
52. tiquo comunis amelie in foſſo ſupradicti fontem Et ſi uidebitur domino poteſtati et Antianis cum conſilio magiſtrorum lapidum et lignaminis quod pro meliori comunis amelie eſſet quod mictere tur in alio loco Camerarius comunis teneatur expendere de auere communis omnem neceſſariam quantitatem pecunie pro dicto opere faciendo Et ad dictum opus faciendum ſit ſupreſtis unus uel duo eligendi per dominos antianos populi.

De uijs ſuper apprehenſis reactandis. Rubrica

Poteſtas uel notarius dampnorum datorum uel quiuis alius offitialis ciuitatis am
53. elie teneatur et debeat ad petitionem petentis uias ſiue ſtratas comunis uel uicinales uel loca communia inter conſortes ſuper apprenſ. per aliquem relapſari et in priſtinum ſtatum reponi et reduci et ingomeratas facere exgomerari expenſis adiacentium prout uidebitur ſupreſtit. eligendis per dominos antianos populi uel ſaltim prout uidebitur poteſtati uel not. dampnorum datorum ubi ſupreſtis non eligeretur infra decem dies poſt quod fuerint requiſiti per aliquem uel aliquos Et dicti domini antiani et dictus poteſtas uel quiuis alius offitialis teneantur et debeant ſollicite ad petitionem cuiuſcumque petentis procedere in predictis ad penam uigintiquinque libr. den. de eorum ſalario ſi negligentes fuerint in predictis Et quod domini proximi conuicini uie ſeu uiarum ſuper apprenſarum teneantur et debeant ad penam decem libr. den. denumptiare predicto domino poteſtati uel Not. dampnorum datorum infra quindecim dies poſt aperturam preſentium ſtatutorum et aſſignare uiam ſeu uias ſuper apprenſas uel ingomeratas Et ſubſequenti poteſtati infra decem dies in principio ſui regiminis Et predictum capitulum ſit preciſum et nichilominus offitialis poteſtati et quilibet ipſorum teneantur uinculo iuramenti predicta inuiolabiliter obſeruare Addicientes quod omnes uie et ſtrate et ſup apprenſ. tam publice quam uicinales mundentur et ſpaezentur ſingulis diebus ſabati Et ſi aliqua dictarum uiarum eſſet ingommerata lapidibus uel terrapleno per conuicinos debeat exgommerari Si uero per commune exgomeretur per commune Et ſi aliqua dictarum uiarum fuerit ſuper apprenſ. per poteſtatem predictum fieri relapſari et in priſtinum ſtatum reponi.

Quod liceat cuilibet populari hedificare in caſtris. Rubrica

Quilibet populari et de po
54. pulo ciuitatis amelie liceat

domum emere seu edificare in q
buscumque castris Comitatus ame
lie tam factis quam faciendis statuto
uel ordinamento aliquo non ob
stante dum modo nullus possit i
emere uel edificare nisi unam do
mum tantum.

De fonte porcelli reficiendo. Rubrica

Fons porcelli reficiatur expens
communis ea uia et modo
55 quibus uidebitur suprestibus eli
endis per dominos antianos pop
uli Et aqua que est in gripta que
fuit martini cinaglioni expens
communis ducatur ad ipsum fon
tem Et potestas teneatur fieri fa
cere uinculo iuramenti infra ter
minum statuendum per dictos do
minos antianos ad penam ui
gintiquinque libr denariorum.

**Quod ars merciariorum sit seper
ata ab arte piziciaiolorum Rubrica**

Ars merciariorum sit sepe
rata ab arte piziciaiolorum
56 et quelibet dictarum artium per
se faciant seperatim suos Rectores
cereum et alias factiones ad que
tenentur alie artes.

**De prestantia non imponenda per
Commune Amelie. Rubrica**

Statuimus et ordinamus
quod nulla prestantia possit
imponi per Comune amelie uel
57 aliquem offitialem communis alicui
persone Ciui uel Comitatensi nec
fieri executio in predictis et talis
contra faciens non habeatur ex tu
nc pro offitiale nec ei obediatur.

**De non tollendo pedagium alicui
Ciui. Rubrica**

Item Ciues et districtuales Ci
uitatis amelie occasione pe
58 dagii et gabelle non grauentur

Statuimus et ordinamus quod nulli
subdito Jurisdictioni uel diocesi a
melie liceat auferre uel auferri
facere alicui ciui uel districtuali
ameliensi aliquod pedagium uel
gabellam ad penam Centum libr
denariorum nisi dictum pedagium sit con
suetum exigi uel leuari tem
poribus retrohactis ad quod pre
sens statutum non extendatur et
talis sic auferens incidat in penam
presentis statuti Et si aliquis te
rrigena uel Castellanus alicuius
terre in qua exigeretur contra di
ctam formam pedagium uel ga
bella aliquid traxerit de ciuitate
uel districtu amelie sine apodissa
quod perdat res quas portauerit et
bestiam in qua portauerit Et cui
libet liceat accusare et id quod ex
traheret accipere et gabellario co
munis presentare et habeat medi
etatem eius quod acceperit Et pre
sens statutum bandiatur quolibet
mense una uice et die sabati et
durante foro ordine gabelle dicte
ciuitatis in suo statu remanentibus.

**Quod bona illorum de Canali et po
dio qui non soluerint datium ap
plicentur Communi. Rubrica**

Statuimus et ordinamus
quod omnes de canali et de po
dio qui consueuerunt datum or
59 dinatum comuni amelie soluere
et omnes alii de districtu amelie
qui exiuerunt extra districtum
amelie seu qui habitant alibi quam
in districtu amelie qui cogi non
possunt ad dictum datium solue
ndum quod eorum bona apprehensa
sint dicti communis et per ipsum
commune uendantur et locentur
et fructentur ut alia bona dicti
communis in dicto communi Et quod immu
nitas talium corrigatur ut alii

de districtu in districtu amelie habere non possint Et hoc locum habeat in preteritis presentibus et futuris Et de predictis potestas Inquisitionem facere teneatur ita quod dicto Communi persoluatur tale datium ad penam uigintiquinque libr. den. dicto Communi soluend.

De modo tenendo per Castaldos de pignoribus

60\. Quia pignora que per Castaldos communis amelie tolluntur uel recipiuntur ut plurimum admictuntur ut ab eis occasio cesset et tollatur materia delinquendi Statuimus et ordinamus quod quilibet Castaldus dicti communis teneatur et debeat die acceptionis pignoris que per eum fieret ipsum pignus dare et assignare massario dicti communis seu supresititi cuiuscumque operis si ad eius petitionem pignoratio fieret Et curare quod ipse massarius uel suprestis ipsum pignus et nomen cuius est scribat in quodam quaternulo ipsius castaldi ita quod si extunc ipsum pignus perderetur dicto massario uel supresititi perditum intelligatur et ad eius dampnum et ad dampnum dicti castaldi aliquo statuto non obstante.

De Castro nouo faciendo in Collerestö. Rta.

61\. Ut terre et possessiones circumstantes iuxta Castrum focis melius laborentur et colantur et laboratores existentes in territorio ciuitatis Amelie ultra foce iuxta confines Inter Ciuitatem Amelie et Ciuitatem Narnie habeant et habere possint domos et recursum propinquiorem ad habitandum standum et morandum et ordinamus quod per homines Ciuitatis Amelie fiat et fieri debeat quoddam castrum in collerestö prope Castrum focis quod uocetur Castrum guardie et nullus Ciuis uel comitatinus dicte ciuitatis Amelie audeat uel presumat inposterum directe uel per obliquum uendere donare uel cedere alicui fociano uel habitatori dicti Castri focis aliquam suam possessionem nec alii recipientes pro eis nec de dictis possessionibus aliquem contractum facere cum predictis focianis uel habitantibus in foce ad penam quingentarum libr. den. de facto auferend. eidem Et ipse contractus qui fieret contra predicta non ualeat nec teneat ipso iure Et potestas Ciuitatis Amelie teneatur contra predictos et de predictis Inquisitionem facere omni mense ad penam decem libr. den.

De Capiendo tenutam auctoritate publici Instrumenti. Rta.

62\. Statuimus et ordinamus quod autoritate propria liceat unicuique sine requisitione alicuius Judicis uel offitialis capere tenutam rei empte autoritate instrumenti emptionis et rem emptam intrare et eam tenere et possidere et ex ea fructus percipere et habere statuto aliquo non obstante uel aliqua constitutione que in contrarium loqueretur Et qui laboratores teneantur reddere et respondere de fructibus dicto emptori ad penam decem libr. den. predicta locum habentibus in pre

(marginal notes: auctoritas iusta ... ; Contrarium Lib. 6. rub. 59)

teritis presentibus et futuris.

De electione procuratorum et sindicorum bonorum indefensorum. Rubrica

Statuimus et ordinamus
q(uod) per dominos antianos
populi eligantur duo procurato
.63. res Cives Amerini qui sint et
esse debeant procuratores mise
rabilium personarum et comu
nis Amelie ad videndum iura di
cti communis et ad opponendum
se ne facta communis dicti ma
le procedant Et q(uod) sint Curato
res legi(tim)i et cum eis in iudicio vel
extra factum fuerit sive gestum
de ipsis bonis et ipsorum occa
sione valeat et teneat et inter
creditores ipsorum possint dis
tributionem facere et eidem sati
sfacere etiam sine requisitione
Judicis et citatione fiend(a) dummodo
ipsi Curatores fuerint citati
vel requisiti quorum offitium
duret sex mens(ibus) et promictant
et Jurent eorum offitium face
re bona fide et sine fraude.

De Rebus acquisitis per filium familias seperatum a patre. Rubrica

Quia equum est qui in labo
ribus pregrauatur lucro
et honoribus releuetur et alior
.64. um sollicitudine gesta cedant ali
is in exemplum Statuimus et
ordinamus q(uod) si quis filius fami
lias in preteritum stetisset separa
tus a patre extra patris familiam
seu in futurum steterit et non pro
baretur dictum filium peculium
habuisse seu pecuniam vel res
mobiles dicti sui patris et tem
pore retroacto suis sumptibus et
labore acquisiuisset vel lucratus
fuisset aliqua bona vel pecuniam q(uan)
tumcumque vel in futurum acquireret
vel lucraretur ex persone industria
in quolibet dictorum casuum que
presumatur si dictum peculium
quantitatis pecunie vel res mobiles
a dicto suo patre non habuisset
vel in futurum habebit q(uod) ipse fili
us dicta acquisita et per eum lu
crata communicare non debeat
nec teneatur fratribus suis vel
alicui cuicumque persone set sua
sicut propria et ad ipsum perti
neant pleno iure usufructu pa
tri debito semper saluo non obsta
nte aliquo iure seu statuto quod
in contrarium loqueretur.

De prohibita retentione logiarum et hedeficiorum supra viam Rubrica

Statuimus et ordinamus
q(uod) nulli liceat logiam face
re vel aliquod aliud edifitium
.65. supra viam vicinalem nec face
re possit contra voluntatem suo
rum vicinorum seu alicuius ipso
rum ad penam centum sold(orum) den(ariorum)
si non tolleret ad petitionem cu
iuscumque petentis dictorum vici
norum statuto seu ordinamento
quod in contrarium loqueretur
non obstante Et si aliquod edi
ficium iam factum esset super
quacumque via vel in futurum fie
ret dum modo non sit strata rea Via reali[s]
lis que intelligatur a palatio co
mmunis usque ad portam pusciolini
per rectam viam quo ad hec
tantum ipsum edifitium sic et de
beat esse firmum si vicini non
prohibuerint a principio et in
principio dicte edificationis non
obstante aliquo quod in contrarium
loqueretur. Et quilibet possit
edificare supra viam publicam
per altitudinem duodecim vel decem
pedum alicuius prohibitione
non obstante.

de purgatione puteorum et ipso-
rum aque ducti(bus). R(ubric)a
Statuimus et ordinamus
q(uod) per dominos antianos
66. populi eligatur unus uel plures
pro ut eis uidebitur qui munde-
nt et purgent seu mundari fa-
ciant puteos platee ueteris di-
cte ciuitatis et curent et curare
debeant q(uod) aqua que currere co(n)-
sueuit ad ipsos puteos seu aliq-
uem ipsorum et intrare in eis
more solito currat et intret un-
decumq(ue) et qualitercumq(ue). Et si
dicti domini antiani uel electi
per eos in predictis fuerint ne-
gligentes uel remissi punian-
tur ad petitionem cuiuscumq(ue)
postq(uam) requisiti fuerint de pre-
dictis in decem libris. Et nu-
llus possit aquam a suo consu-
eto cursu diriuare intus ciui-
tatem amelie uel extra in qua-
cumq(ue) parte sui districtus i(n) p(re)-
iudicium alicuius nec inpedi-
mentum dare quin libere cur-
rat et uadat ad dictam penam
decem libr(arum) den(ariorum) statuto aliquo
non obstante.

de augumentatione castrorum
Rubrica.
Ad augumentationem ca-
strorum statuimus et
67. ordinamus q(uod) si quod castrum
ciuitatis predicte uoluerit in
futurum communiter ad com-
munem usum dicti castri aliq-
uod melioramentum facere q(uod)
commune amelie teneatur p(ro)
adiutorio dicti castri soluere
salarium magistri necessarii. Ad-
dentes q(uod) ipsum melioramentum
fiat et fieri debeat et non alit(er)
de uoluntate co(mmun)is amelie et cum
licentia antianorum q(ui) p(ro) t(em)p(o)r(e) fuerint.

de credentiis mercatorum
Statuimus et ordinamus
q(uod) stetur et credatur libro
68. et scripture cuiuslibet merca-
toris occasione pretii panno-
rum usq(ue) in quantitate(m) decem
libr(arum) den(ariorum) si debitum factum esse et
appareret ante unum annum.
Ab uero uno anno supra creda-
tur usq(ue) in quantitatem quinq(ue)
libr(arum) den(ariorum) inclusiue et non ultra.
Si uero mercator mortuus esset cre-
datur eius libro et scripture usq(ue) in
quantitate(m) quinquaginta sold(orum) den(ariorum)
nisi p(ro)baretur contrarium dum-
modo dictus mercator et ipsius
nomen reperiatur inscriptis in
matricula sue artis. Et uiso d(i)c(t)o
libro et scriptura potestas uel
iudex communis amelie tenea-
tur et debeat preceptum facere
suo debitori usq(ue) in dictas qua-
ntitates de pannis credentiis et
accomanditiis pannorum gua-
rnellorum di proidiorum bur-
di et bombicis dummodo iuret
dictus mercator q(uod) de dicta qua-
ntitate non est in totum nec in
parte satisfactum in aliquo et
q(uod) recipere debet ex causa in di-
cto libro inserta et non aliter.

de uigore laudi inter coniun-
ctos. Rubrica.
Statuimus et ordinamus
q(uod) quicquid fuerit lauda-
tum dictum terminatum uel
69. diffinitum in preteritum uel
in futurum laudabitur inter
coniunctos uel affines per ali-
quos arbitros q(uod) ualeat et te-
neat et re(n)dat retardari infri-
ngi cassari uel tolli non possit
aliquo iure uel quesito colore
actionis iure ostito iure restitu-

tionis beneficij uel alio modo dū
modo statutum locum non habe
at si dictum laudum latum fue
rit tempore quo aliqua pars ex
pulsa esset de ciuitate amelie.

De cessione facienda per principa
lem fideiussorem. Rca

70 ORdinamus et statuimus
q si quis fideiuss ab eius
creditore conuent debitore pro
quo fid obmisso debitum dicto
creditori qualitercumq persol
uerit q dictus creditor ante so
lutionem sibi factam ut de iure
ualere possit ne decipiatur tam
a dicto fideiussore per eum rece
ptū de soluendo cautione sollēp
ni teneatur et debeat cedere ip
si fideiussori contra principalem
debitorem omnia sua iura et
q ipse fid et hrd eius ipsum de
bitorem et eius facultates et
bona si extant in patrimonio
debitoris ac contra bonorū po
ss de quandocumq fuerunt di
cti debitoris auctoritate presen
tis capituli possit habere recur
sum et ipa bona capere et ea ī
reuocabiliter iur dominij reti
nere dummodo de ipsa fide et
solutione predicta quam in pe
cunia siue rebus ipse fid suo
creditori asserit se fecisse cōstet
pub instrumento uel saltim atte
stat trium testium fidedignorum
quod statutum in preteritis p
sentibus et futuris aliquo non
obstante nec etiam cursu tempo
ris obtinere uolumus plenum
robur.

De inmunitate artifi
cum forensium. Rca

71 STatuimus et ordinamus
q si quis uenerit in Ciui
tate Amelie ad operandum ali
quam artem que non operare
tur per aliquem in dicta Ciui
tate q tali seu talibus uenienti
bus in dicta ciuitate et operari
uoluerint dictam artem q p
Commune Amelie dentur et sol
uantur de pecunia dicti com
munis Amelie pro pensione dom
us Centum sold de perusinis p
quolibet anno soluendo pro ī
rata temporis quo steterint in
dicta ciuitate ad dictam artem
exercendam usq ad tres ānos
et non ultra dummodo predcā
locum non habeant nisi tantū
in forensibus qui uenirent ad
aliquam artem nouam exercē
dam que non operaretur in di
cta Ciuitate. Et dicti artifices
de nouo uenientes non tenea
ntur facere custodiam in Ciui
tate predicta. Addentes q qui
libet forensis ueniens ad Ciui
tatem Amelie seu inssiturum ī
uenire uolens et in dicta ciuita
te seu eius comitatu uel distri
ctu habitare uoluerit et habi
tauerit et artem aliquam seu
laboritium facere uoluerit et
promiserit et fid dederit de cō
tinuo habitando in Ciuitate seu
comitatu predictis q talis sic ue
niens et promittens a die dcē
promissionis et fid prestite sit
inmunis ab omni onere perso
nali et etiam ab onere ignis ī
usq ad tempus quinquennij tunc
prox sequturū et q elapso dicto te
mpore si in Ciuitate habitauerit
ut uerus Ciuis in omnibus ha
beatur et tractetur si in Comita
tu ut uerus Comitatiuus pre
terq ad offitia Communis que
per ipsam habitationem habē
non possit et idem intelligatur

de forensibus nunc habitantibus et qui iam venerunt in Civitate Amelie ad habitandum sicut dispositum est supra in forensibus qui venient in futurum et facientibus et promittentibus ut supra Et quod dicta promissio et fideiussio scribatur et rogetur per Cancellarium dicti communis per tempora existentem et in libro uno distincte dicti Cancellarii ad hec facto scribatur, Et dictum capitulum bandiatur in principio offitii cuiuslibet potestatis seu rectoris ut in omnium notitiam pervenire possit.

Quod reactetur fons qui est in strada montis labri. Rubrica.

Ordinamus et statuimus quod reactetur fons qui est in strata publica montis labri in

·72· iuxta campum marchi buctiarelli et prope campum Iacobi luce per adiacentes contratarum ad voluntatem duorum superstitum eligendorum per Antianos Et Notarius dampnorum datorum qui pro tempore fuerit teneatur dictum fontem fieri facere ad requisitionem predictorum suprestitum vel alterius ipsorum vinculo iuramenti et ad penam decem librarum de suo salario Et occasione in reductionis aque dicti fontis si dictus marcus in aliquo dampnificaretur reficiatur et emendetur per homines dicte contrate et adiacentes ipsius fontis secundum extimationem faciendam per dictos suprestites seu homines dicte contrate.

De pena retinentium formas contra suum convicinium. Rubrica.

·73· Statuimus et ordinamus ad tollendum materiam scandali inter homines et vicinos Civitatis Amelie quod quicumque miserit seu fecerit formas seu sciacquaquales in consuetos sciacquatos supra possessionem alterius quod ipsas vel ipsas tollere debeat ita quod deinceps non dampnificet suum convicinum infra quindecim dies postquam a suo convicino fuerit requisitus ad penam quadraginta sold. pro quolibet et vice qualibet et vice qualibet Et dicta requisitio debeat fieri coram duobus testibus adminus et nichilominus teneatur talis mictens vel retinens dictas formas et sciacquaiales emendare dampnum patienti et credatur sacramento dampnum passi usque in quinque sold. et cum uno teste usque in decem soldis et cum probatione duorum testium usque in quantitatem vel interesse quodcumque et dicti testes sint homines bone fame et bone fidei et locum habeat in preteritis presentibus et futuris.

De custodiendo festivitatem Sancti Augustini Et Sancti Francisci. Rubrica.

Ad laudem et reverentiam omnipotentis dei et beate

·74· marie semper virginis matris eius et beatorum Augustini et sancti francisci Et ut status pacificus dicte civitatis Amelie de bono in melius augmentetur, dicimus et censemus quod festivitates sancti Augustini et sancti francisci custodiantur et venerentur per Cives et Comitatenses ipsius Civitatis et habitantes in ipsa civitate et comitatu Et nulla persona in dictis festivitatibus audeat vel presumat facere aliquod laborerium ad penam viginti sold. Et potestas teneatur predicta facere bandiri per dictam Civitatem

in vigiliis ipsarum festivitatum Ac
etiam teneatur ire ad missam ad di
cta ecclesias tempore dictarum fe
stivitatum cum uno Cereo eisdem
ecclesiis dimictendo valoris Centum
soldorum emendo per Camerarium Com
munis de pecunia communis predi
cti absque aliqua deliberatione .//

De Cereis faciendis per Sindicos Castrorum . Rubrica

Ad honorem et reverentiam Be
ate firmine virginis et mar
75. tiris Statuimus et ordinamus quod
omnes et singuli Sindici Castrorum
districtus Civitatis Amelie tenea
ntur et debeant Comparere singulis
annis in vigilia Beate firmine de
mense Novembris in platea comm
unis Amelie cum uno cereo cere pro
quolibet ipsorum ponderis tot un
ciarum quot sunt focolares in Ca
stro cuius est Sindicus et cum dic
tis Cereis accensis sequi regimina
Civitatis Amelie et cereos artium
dicte Civitatis dum portantur ad
vigiliam dicte festivitatis ad penam
viginti quinque librarum pro quolibet Si
ndico et quolibet Castro Et quod ad
predicta faciendum requirantur Singu
lis Annis in festo omnium Sancto
rum pro parte domini potestatis
Civitatis predicte .//

De pena baiulorum Ludentium seu suppignorantium aliquod pignus . Rubrica

Si quis Banditor vel Castal
dus luxerit vel suppigno
76. raverit vel aliter alienaverit seu
perdiderit aliquod pignus commu
nis vel spetialis persone quod talis ba
nditor et Castaldus stet ligatus in
palactio communis in iterula per
totum diem Et ille qui habet tale
pignus ipsum restituat sine dena
riis et perdat quod debet habere su
per ipso pignore Et hoc bandiat
per loca consueta Civitatis Ame
lie in principio regiminis domini
potestatis ad hoc ut non possit pre
tendere ignorantiam .//

De fortificatione Castri montis Campani . Rubrica

Considerantes quod temporibus
retrohactis homines et per
sone Castri Montis campani co
77. munitatus Amelie fuerunt et su
nt plurima et maxima dampna
passi quia propter debilitatem
ipsius Castri et murorum eius
fuerunt cohacti multis et diver
sis vicibus cum eorum familiis
et superlectilibus fugere et dictum
Castrum inhabitatum relinqu
ere in dampnum et preiudicium ip
sorum et communis Amelie et
contra honorem Sancte matris
ecclesie / Id circho volentes predi
cti requisiti et attente rogati pro
parte universitatis dicti Castri
salubriter providere / Statuimus
et ordinamus ad tollendum debi
litatem Castri predicti et ad ipsum
fortificandum pro statu provin
cie ne ibi gentes rebbelles Ecclesie
statum recipere possint prout ac
tenus iam fecerunt quod universitas
et homines Castri predicti pro ip
sa fortificatione facienda tenean
tur et debeant infra quatuor an
nos proxime futuros incipiendos
de mense martii proxime tunc in
venturo post confirmationem pre
sentium statutorum fiendam per
offitiales Ecclesie et deinde ut sequitur
finiendos dictum castrum reparare
et fortificare de quatuor Turrio
nibus bene muratis et constrictis
lapidibus calce et arena altitudi
nis supra terram ad minus qua

tragiuta pedum pro quolibet turri
one ad mensuram seu pedum con
munis Amelie et muros dicti Ca
stri reparare construere et firma
re in locis opportunis et etiam fo
uens facere in locis habilibus con
suetis et necessarijs ita et taliter quod
dictum castrum sit forte et non ex
pediat derelinqui propter Nouos
incursus gentium predictarum
Et ut universitas supradicta et per
sone dicti Castri que obtulerunt
per ipsorum petitionem se paratos
facere pro ut superius continetur
materiam habeant faciendi que
sunt superius ordinata pro adiu
torio dicte fortificationis et eorum
relatione Statuimus et firmam
us quod infra dictos quatuor annos
a die et tempore incepti dicte fo
rtifationis et ipso tempore quatu
or annorum ipsa universitas et pe
rsone castri predicti sint exenti et
immunes et immunes et exenti
esse Intelligantur a dicto Comm
une Amelie ab omnibus et singu
lis oneribus et grauaminibus re
alibus et personalibus seu mistis
datijs et gabellis que eos tangeret
et tangere possent in futurum infra
dictos quatuor annos a die incep
tionis predicte dum tamen non Inte
lligatur de gabellis venditis et
que vendi consueuerunt in Ciui
tate predicta a quibus immuni
tatem aliquam per hoc habere non
possint nec etiam ab onere eundi et
standi in generali exercitu qui per
Romanam Ecclesiam Interim im
poneretur uel indiceretur Comu
ni Amelie uel eius districtui Et
quod Insuper persone adiacentes et
possessiones habentes iuxta et prope dictum
Castrum sint et esse debeant ad ad
iutorium dicte fortificationis et

ad id cogi et compelli possint per do
minum potestatem Ciuitatis Ame
lie realiter et personaliter et Intelli
gantur adiacentes omnes persone
possidentes et possessiones habentes
a fossato asignato ultra versus dictum
Castrum et a dicto Castro ultra ver
sus fines et usque ad ipsos fines teri
torij Ciuitatis Amelie et ipsa contri
butio fiat et fieri debeat per ipsas
personas pro ut fuerit declaratum
et impositum per Antianos populi
dicte Ciuitatis qui ad ipsum offiti
um deputati erunt tempore ince
ptionis predicte Addentes quod pro ip
sa fortificatione fienda homines et
persone habentes domos in dicto
Castro et prope muros dicti Castri
teneantur et debeant Sindico et uni
uersitati dicti Castri vendere et tra
dere ipsas domos pro ipsarum de
structione si expediet ad petitionem
dicte universitatis Et quod ipsa unive
rsitas teneatur et debeat ante omnia
per eius ligitimum Sinticum habe
ntem spetiale mandatum dictis domi
nis Antianis promictere omnia su
pradicta et fideiussores dare super obse
ruatione dicte promissionis et aliter
et alio modo presens prouisio exe
cutioni nullatenus demandetur Et
insuper quod pretium dictarum do
morum sic vendendarum ut prefe
rtur sit et esse Intelligatur legitim
um sicut fuerit declaratum per ipsos
Antianos uel suprestites dicti ope
ris qui per Antianos predictos po
ssint et debeant deputari et nomi
nari unus uel plures pro ut eis
videbitur Conuenire aliquo non
obstante.

Quod omnes denarij qui Soluun
tur per Consiliarios et Rector
es pro eo inobedientiam Conser
uentur in quodam Cippo [illegible]

Red.

Omnes denarij qui soluuntur
per consiliarios Conmunis
78. et populi et decem de populo et Re
ctores Artium conseruentur et mi
ctantur in quodam Cippo et singulis
duobus mensibus durante Consilio
generali dictus Ceppus aperiatur
et denarij qui inuenientur distri
buantur inter Consiliarios supradictos
ibi in consilio abstante per Came
rarium conmunis et hoc potestas
et Camerarius teneantur obserua
re ad penam decem libr. den.

Quod Camerarius Conmunis em
at unum marcum expensis Con
munis. Rubrica.

Pro adiustandis stateris Co
nmunis et aliarum spetia
79. lium personarum Ciuitatis Ame
lie Camerarius Conmunis predictus
de pecunia dicti Conmunis emere
teneatur et debeat unum marcum
cum quo dicte statere debeant adi
ustari et in conmuni predicto reti
neatur.

De modo multarum et pena
inobedientium. Rubrica.

Inobedientibus

Pro inobedientijs cohercendis
ex legitima causa precedenti
possit et valeat dominus potestas
80. pro conseruatione suorum precepto
rum ultra penam spetialiter ordinatam ex
capitulis presentis statuti de facto exigere
a quocumque usque in quatraginta sol
dis denariorum. Judex uero usque in
uiginti soldis. Miles usque in decem
soldis. Notarius usque in quinque soldis den.
et ultra ipsas penas extraordinarie pro
cedendo exigere uel accipere non
possint uel possit nec eadem die quo
unum met ipsas penas agumenta
re nisi ex noua causa non obstan
te aliquo statuto quod in contrarium
loqueretur. Ubi uero ex forma ali
cuius statuti pena ordinaria esset

et spetialiter contra euntem de
nocte uel alios teneantur obser
uare ipsam penam limitatam et
aliam de facto pro ipsa uel simili
bus causis imponere non possint
uel possit non obstante aliquo sta
tuto in contrarium disponente.

Quod potestas prestet familiam
Camerario et Cancellario Co
nmunis. Rubrica.

Potestas teneatur dare fami
liam suam ad petitionem An
tianorum populi et Camerario
81. et Cancellario Conmunis Amelie
et cuilibet ipsorum petenti pre
stare quotiens petierint pro exe
cutione facienda seu pro suo offi
tio debite exercendo ad penam de
cem libr. quam penam conmuni
Amelie soluere teneatur quotiens
non seruauerit predicta et de
hoc stetur relationi dictorum dominorum
Antianorum Camerarij et Can
cellarij predictorum uel alteri
us ipsorum.

Quod potestas uisitet Castrum
Focis. Rubrica.

Potestas semel tempore sui
Regiminis debeat ad pen
82. am uigintiquinque libr. den. ire ad
requirendum Castrum Focis si ui
deretur ibi aliquid faciendum pro
utilitate dicti Castri et homines
dicti Castri teneantur facere pro
ut melius uidebitur domino me
morato ad penam Centum libr. den.

De assignatione librorum faci
enda per potestatem. Rubrica.

Statuimus quod potestas qui
pro tempore fuerit in dicta
83. Ciuitate teneatur et debeat rea
ssignare omnes libros et acta
Conmunis decem diebus ante fi
nem sui Regiminis et quod de prote

ſſibus tam Ciuilibus quam Crimina
libus concurrentibus infra dictos
decem dies noui libri intitulentur
et ipsos in dictis libris scribere te
neatur ad penam decem libr. et hoc
fiat coram antianis qui antiani
teneantur et debeant eligere duos
bonos et sufficientes homines lic
teratos Notarios qui uideant et reuide
re debeant omnes et singulos pro
cessus factos per dictum potestatem
et eius offitiales in malefitiis et
omnia acta et condempnationes et ab
solutiones factas per dictum potestatem
et omnes processus non completos
reducant in scriptis et si dicti duo
sic electi reperierint in dictis actis
processibus et libris dicti potestatis ali
quam fraudem uel defectum tenea
ntur et debeant tempore Sindicatus
assignare in scriptis Sinticatoribus
electis et deputatis ad sinticandum
dictum potestatem et eius offitiales et
familiam Et ipsi Sintici et Sinticato
res predicti teneantur et debeant
delinquentes in predictis punire
et Condempnare secundum form
am statutorum et ubi statutum non
loqueretur quod sit pena xxv libr.
et condempnetur ad interesse tam
Communi quam parti Et predicti sic
electi Jurent ad Sancta dei euan
gelia predicta omnia et singula fa
cere legaliter bona fide et sine fra
ude.

Quod potestas teneatur obseruare omnia statuta Et Ordinamenta et Sententias exequi facere. Rubrica.

Item Statuimus et Ordina
mus quod si potestas et sui offiti
ales non facerent et executioni
.84. non mandarent que fieri debeant
secundum formam statutorum et
ordinamentorum dicte Ciuitatis
Amelie et requisiti ab antianis uel
Sintico communis quod antiani et Si
nticus per se teneantur et possint
executioni mandare et quod per eos
factum fuerit ualeat et teneat ac
si factum esset per potestatem sta
tuto aliquo non obstante Et quod di
ctus dominus potestas teneatur
predicta facere ad penam quinqua
ginta libr. de suo salario Et potestas
Ciuitatis predicte et sui offitiales
teneantur et debeant executioni
mandare omnes et singulos con
tractus et Sententias tam factas
quam per eum et suam Curiam fiendas i
nfra spatium uiginti dierum Et hoc
Jntelligatur de illis Contractibus
et sententiis de quibus possit execu
tio fieri quod si non fecerit et execu
tioni non mandauerit ut dictum est
quod quanta in summa capient ille Sen
tentie uel Contractus de quibus exe
cutio facta non esset et potuerit fie
ri tantum detrahatur de suo salar
io et nomine pene Communi Ame
lie applicetur.

Sententia executioni mandanda

Quod potestas excutiat omnes datiuas et Condempnationes. Rubrica.

Potestas et sui offitiales tene
antur et debeant excutere
condempnationes et datiuas et
quascumque alias collectas et gabe
.85. llas ac etiam omnes alios prouen
tus dicti Communis Communi Ame
lie soluendos et soluendas elapsis
decem diebus post latam Sententi
am seu condempnationem et elapsis ter
minis bandimentorum datis ad
soluendum datiuas et collectas et ga
bellas uinculo Juramenti et ad pe
nam uigintiquinque libr. de suo sala
rio et Nichilominus si non fecerit
fiat per dominos Antianos popu
li ... dentes et declarantes quod si quis

Habitantes ...

63v

uoluerint Communicare ignem et unum eidem ignem facere cum patre fratre patruo socero genero nuru seu socru quod dicti duo ad inuicem unum ignem facientes non teneantur nec cogi possint ad soluendum nisi pro uno focilari tantum statuto uel ordinamento aliquo non obstante.

Quod domus non Cauentur. Rubrica

86. Potestas seu offitiales eius non permictant cauari seu destrui nec Cauari faciant aliquam domum sitam in Ciuitate Amelie et eius burgis occasione alicuius malefitii uel occasione quacumque ad penam quinquaginta libr. soluendam per eum sui tempore sinticatus et dampnum emendet domino domus et de hoc absolui non ualeat non obstante aliquo statuto quod in contrarium loqueretur exceptis Casibus permissis in aliquo ex capitulis infrascriptis hoc tamen seruato quod ille uel illi qui habebunt soluere datiuas uel Commiserint aliquod malefitium et uenerint ad mandata domini potestatis et ad districtam quod domus talis uenientis ad mandata Cauari non possint nec debeant ullo modo et si aliquis per datium fuerit detentus in Curia et non soluerit infra duos dies quod potestas et sui offitiales possint eum mictere in paglactiam et eum ibi retinere donec soluerit datum quod debuerit non obstante aliquo statuto quod in contrarium loqueretur.

De non mictendo in paglaciam seu Carceres aliquem qui uoluerit satisdare. Rubrica

87. In paglactiam seu carceres communis nulla persona offerens Curie uel parti dare fideiussores de parendo mandatis Curie et de non discedendo de palactio micti et poni debeat ullo modo preter quam homicida Incendiarius depopulator latro publicus exbanditus pro graui malefitio et in aliis casibus a statutis permissis etiam talis offerens uel dans fidem predicto modo non debeat custodiri seu dispendio custodum grauari nisi personali pena esset puniendus Et hoc locum habeat in Ciuilibus et criminalibus Si autem aliquis cohactus in palatio pro executione alicuius precepti Instrumenti uel Sententie non soluerit infra quinque dies quod debitor ab inde in antea ponatur in paglactiam et cogatur ad solutionem ad uoluntatem creditoris et etiam eius fideiussoris et potestas uel aliquis eius offitialis qui contrafecerit soluat pro banno communi Amelie uice qualibet uiginti quinque libr. den. et eidem grauato et carcerato pro suis grauaminibus et emendatione decem libr. den. pro quolibet die et qualibet uice Et sufficiat si hoc probaretur per publicam famam Cum Juramento talis positi in paglactiam seu carcerem contra dictam formam et etiam sacramento talis missi in paglactiam seu carcerem contra dictam formam sine alia probatione dictus dominus potestas per sinticos tempore sui sinticatus condampnetur in Centum sol. den.

De modo Congregandi Consilium Rubrica.

88. Congregare uel facere consilium adunantiam uel arengam quocumque nomine censeatur potestas seu Judex et quilibet

alius offitialis Communis Amelie
non possint nec debeant ullo mo
do sine expressa licentia et uolun
tate dominorum Antianorum po
puli uel maioris partis ipsorum
et antequam consilium congregetur
ea proposita que processerit de
uoluntate Antianorum scribatur
per Notarium Reformationum et aliter non
procedat nisi esset proposita fi
enda de facto alicuius ambassiate
retracte in dicto consilio quod tunc pro
posita fieri possit etiam durante
Consilio licet non fuerit scripta ante
dictum consilium et si contra fie
ret non ualeat Sed potestas et quilibet
ex suis offitialibus contrafaciens
seu per se contrafieret soluat pro
banno Communi Amelie uigintiquin
que libras denariorum de suo salario Et quod
Camerarius Communis Amelie
qui pro tempore fuerit debeat re
tinere de salario dicti potestatis
in hac forma et forma semper co
nsensus et licentia Antianorum
scribatur.

Quod Notarii potestatis teneantur mittere ad quaternum scripturas. Rubrica

Statuimus etiam quod Nota
rii potestatis teneantur
et debeant mictere ad quaternum
89. in actis omnes scripturas que
agitarentur in iudicio coram
eis uinculo iuramenti et si aliqua
scriptura propter defectum dictorum
Notariorum uel alicuius ipsorum missa non
fuerit ad quaternum et aliquis
ad cuius instantiam facta esset
dicta scriptura uel causa sua in
aliquo lederetur dicti Notarii te
neantur tempore sindicatus ip
sorum reficere sibi dampna et
interesse suum et pena nomine
Communi Amelie Centum solidorum et quod
etteneantur dictas scripturas mictere
ad quaternum ea die uel sequenti
postquam fuerit coram curia agi
tata ad dictam penam pro quo
libet et uice qualibet et nichil
ominus mictere teneantur et
dampna parti reficere si ob dictum
defectum aliquod sentiret.

Quod potestas et sui offitiales non ludant. Rubrica

Potestas seu aliquis eius of
fitialis uel familiaris in Ci
90. uitate Amelie seu in palatio non
debeat ludere cum aliquo Ciue
uel Comitatensi Amelie ad aliq
uem ludum taxillorum uel ale
arum uel ad aliquem alium lu
dum seu etiam interesse cum ali
quo alio undecumque existat sal
uo quod inter se tantum diebus feri
atis ludere possint ad cartas uel
aleas et qui contrafecerit soluat
pro banno uice qualibet commu
ni Amelie uigintiquinque libras et
eandem penam ludens cum quo
cumque ipsorum.

Quod Nullus tormentetur sine licentia dominorum Antianorum. Rubrica

Tormentare aliquam per
sonam potestas seu offita
les et familiares seu aliquis ip
91. sorum occasione alicuius male
fitii uel occasione quacumque non
possint nec debeant per se uel a
lium aliquo modo aliquod genus
tormentorum inferre alicui sine
expressa licentia Antianorum
omnium uel maioris partis ip
sorum et eorum liberali uolunta
te nisi fuerit persona male fa
me uel homicida uel proditor
uel falzarius uel alius fabricator

falze monete uel robator stratarum uel aliquis alius committens aliquod malefitium de nocte uel offenderet aliquem offitialem forensem Ciuitatis Amelie uel aliquem de suis familiaribus uel aliquem qui fecisset uel fieri fecisset seu diceret contra honorem seu statum Sancte Romane Ecclesie uel Communis Amelie et non posset curare Curie uel dare fideiussores qui possint torqueri sine licentia Antianorum precedentibus tamen legitimis Juditijs et si contra fecerint soluat quilibet contrafaciens de suo salario ymo potestas nomine pene communi Amelie Centum libr. den. et confessio tormentati contra hoc capitulum sit cassa et nulla et persona tormentata contra dictam formam possit petere pro tali Jniuria a predictis potestate et offitialibus et quolibet ipsorum contrafacientes ac ipse potestas pro se et quolibet contrafacientes de suo salario eidem persone dare et soluere debeat quinquaginta libr. et ad probationem talis Jniurie seu tormenti facti sufficiat publica fama per duos testes bone fame qualitercumque probantes Et Sinticatores seu qui rationem fecerint offitij predictorum teneantur omnia predicta facere obseruari in quolibet capitulo et si fuerint negligentes puniantur in quinquaginta libris denariorum.

De Refutatione generali facienda per potestatem. Rubrica

Item statuimus quod potestas et quilibet offitialis post de
.92. positionem sui offitij antequam licentiet et de Ciuitate discedat teneatur et debeat Sintico communis Amelie qui recipiat pro ipso communi et singlis personis refutationes facere de salario soluto ipsi potestati et generaliter de omni eo quod dicto communi uel spetialibus personis dicte Ciuitatis uel eius districtus petere et dicere posset quacumque occasione uel causa usque in presentem promictens non molestare nec molestari facere in iuditio uel extra per modum querele uel alicuius petitionis uel reprehensaliarum dictum Commune et spetiales personas nec aliquem ipsorum in persona uel rebus modo aliquo siue causa et spetialiter Juret Jn principio offitij eiusdem inuiolabiliter obseruare omni exceptione remota et aliter ultima terzaria solui non possit potestati uel alteri eius nomine et si aliter fieret Camerarius de suo soluisse intelligatur.

Quod mulieres uidue possint stare in domo mariti defuncti. Rubrica

Statuimus quod mulieres que uidue remanserint in ciuita
.93. te uel Comitatu Amelie possint et ualeant stare aliqua et habitare in domo mariti defuncti cum dotibus suis sine aliqua contradictione donec uidua stare uoluerit et casta et honesta uixerit uel dotes predicte sibi restitute fuissent nisi per eius uirum fuerit aliter prouisum.

Quod Catasta Communis non possint extrahy de Camera Communis. Rubrica

Ad hoc ut catasta communis seruientur in lesa et in eis fraus aliqua commicti non possit Sta
.94. tuimus et presenti lege firmamus quod in Camera Communis sit et esse

Al mit fratello ... D

debeat quodam suppedanium in
quo suppedanio reponantur ipsa
catasta et nullus possit ipsa catas
ta extragere sine presentia et uo
luntate notariorum deputatorum
uel deputandorum super ipsis ca
tastis uel alterius ipsorum ad
penam .xxv. libr. Et dicti Notar
ij teneantur et debeant ipsa catasta
ostendere uolentibus ipsa uidere
et ponere et eleuare terras et posse
ssiones de una libra ad aliam ad
petitionem partium uel alicuius
ex partibus Et quod nullus ex dictis
Notarijs uel quevis alia persona
possit nec debeat dicta catasta uel
aliquod ipsorum extragere uel ex
tragi facere de dicta Camera Con
munis sine licentia dominorum
Antianorum ad dictam penam in
quam penam a contrafacientibus
auferatur de facto per potestatem
Conmunis Amelie.

De massaritijs Conmunis Con
seruandis. Rubrica.

Quia massaritie et res defec
tu offitialium Conmunis
perduntur et deuastantur et si of
.95. fitiales deputarentur ad custodiam
dictarum Conmune non dampni
ficaretur sed potius res ipse conser
uarentur Idcirco Statuimus et
ordinamus quod per Antianos pop
uli Ciuitatis Amelie eligatur unus
uel duo boni uiri et sufficientes in
homines qui sint massarij omnium
librorum conmunis Amelie exce
ptis catastis et infernatis et libris
existentibus in sacristia Sancte fir
mine et Cancellaria Conmunis predicti
et teneantur et debeant facere
inuentarium de omnibus et sing
ulis massaritijs et rebus Conmu
nis existentibus in palactio domini
potestatis in palactio dominorum
Antianorum et in domibus Nott
dampnorum datorum et Cancellarij
et ipsas res inuentas in dictis lo
cis dictorum offitialium et que
fierent de nouo tempore eorum offitij et aut
alterius offitialis forensis assi
gnare in scriptis ipsis offitialibus
Qui offitiales teneantur et debea
nt ipsas massaritias et res bene
custodire et saluare et in fine eo
rum offitij reassignare dictas res
et massaritias et si aliqua ipsarum
tempore reassignationis non repe
rirentur uel perdita seu deuasta
te essent quod talis offitialis cui assi
gnate fuerint teneatur et debeat
emendare Et Camerarius Conis
teneatur et debeat retinere de sa
lario talis offitialis extimationem di
ctarum rerum perditarum uel deua
statarum ad petitionem dictorum
massariorum et secundum exti
mationem per ipsos massarios
fiendam Et eorum offitium du
ret tamen per unum annum et
tempore eorum offitij non tene
antur facere custodiam nec ire in
ad Consilia si noluerint et habe
ant pro eorum salario ultra di
ctam prouisionem .x. sold. pro
quolibet mense et pro quolibet
eorum Et etiam teneantur dicti
massarij Simile Inuentarium
ponere in Ecclesia Sancti Augusti
ni ad penam .x. libr. den. et se
cundum ipsum reddere rationem
massarijs futuris qui deputati
essent ad dictum offitium Vo
lumus tamen quod quando dicta ele
ctio de dictis hominibus non fie
ret ad hoc ut Conmune dampnum
aliquod non patiatur Cancella
rius Conmunis qui pro tempore
fuerit dictum offitium faciat et fa
cere teneatur pro ut alias extitit
deliberatum et reformatum.

De Catenis Claudendis. Rubrica.

.96. Quia in quibuscumque negotijs
nichil uidetur actum si ali

quid reſtat agendum et in Ciuitate
Amelie fuerit deliberatum quod Cate
ne fierent et ſtrate communis inca
tenarentur et ſint perfecte Jdcirco
videntes quod interdum opus ſit eſt ip
ſas claudere Statuimus et firma
mus quod dicte Cat[h]ene Ciuitatis Ame
lie tempore quo dominis Antianis
populi uidebitur et placebit claud
antur et claudi poſſint de ſero per
illas perſonas que per dominum
poteſtatem ſeu dominos Antianos
deputabuntur Et dicti ſic deputa
ti ad claudendum ipſas Cathenas
teneantur et debeant claudere et
aperire horis debitis ad penam
decem ſoldorum pro quolibet et qua[li]
bet uice eis de facto auferendorum
et non teneantur facere cuſtodiam.//

De fraude adhibita Jn gabellis.
Rubrica.//

Quia experientia manifeſta
cognouimus quod pro poſſeſſio
nibus et bonis ſituatis in comitatu
97. et diſtrictu Amelie iuxta et prope
confines ipſius diſtrictus vicini
et maxime porchianenſes et focia
ni in ſolutionibus gabellarum fru
menti et muſti cotidianas fraudes
adhibuerunt et cotidie adhibent
non ſoluendo ipſas gabellas Et quod
in hijs precepta offitialium Et cetera
fuerunt ſepiſſime uilipenſa et hec
redundat et redundare cognoſcit
ad dampnum diſpendium et Jactur
am dicte Ciuitatis conſideratis eo
rum oneribus que maxime per
Eccleſiam imponuntur Jdcirco
uolentes predictis poſſe tenus obui
are Statuimus et ordinamus quod
dominus poteſtas Ciuitatis Ame
lie qui pro tempore fuerit ſuper pre
dictis ne fiant ſollicitam Curam
gerat et gerere debeat annuatim
per ſe et familiam ſuam ipſam in
cedendo temporibus habilibus pro
pe ipſos confines pro inueniend
is capiendis et ducendis fra

udatoribus ſupradictis et qui de ip
ſo diſtrictu et extra eum trag[eret] et
uel portaret per ſe uel cum beſtijs
blada ſeu frumenta tempore quo re
colliguntur ſeu etiam muſta quos
ſic inuentos dicta familia et offiti
ales dicti poteſtatis et alie perſone
etiam Ciues quos ſecum duceret
dicti offitiales de mandato dicti po
teſtatis et conſcientia Antianorum
populi dicte Ciuitatis poſſint et
ualeant dictos ſic inuentos et eorum
beſtias in actu dicte dicte extracti
onis prope ipſos confines capere
et in fortiam dicti communis de du
cere et preſentare una Cum ſalmis
quas deferrent Et quod ipſe poteſtas
Jnſuper contra predictos ſic frau
dantes poſſit et ualeat teneatur
et debeat et quoſcumque alios dictas
gabellas non ſoluentes in eis frau
dem committentes procedere et
inquirere cum denumptiatione et
ſine ſemel de menſe Auguſti et ſemel
de menſe Nouembris ad minus quo
libet anno ſuper quibus Jnquiſitis
et quolibet predictorum teneatur
et debeat pro ueritate reperienda ex
aminare quatuor homines de quo
libet caſtro ciuitatis amelie ad mi
nus et viginti ciues dicte ciuitatis
et maxime habentes poſſeſſiones
prope dictos confines et quos repu
erit culpabiles ſuper predictis con
dempnare et punire in decem libr
is denariorum pro qualibet ſalma
frumenti uel muſti defraudata et
abinde ſupra uel infra pro rata
et in perditione ſalmarum et beſtiarum
ſi reperirentur in ipſo actu extra
gendi et exportandi extra dictum
diſtrictum Et intelligatur quilibet
extragere de diſtrictu Amelie qui
cumque fuerit inuentus ire uel de
ferre uerſus Confines et terras ci
rcumſtantes vicinas dicto diſtric
tui videlicet verſus focem per medium mi
liare et etiam uerſus porchianum

Leet

et verſus

Amelie nuptias quas celebrare in
tendit per unum diem ad minus
ante dictas nuptias ad penam de
cem librarum Et ut potestas tenea
tur et debeat quando fiunt dicte
Nuptie destinare offitialem suum ad
Inquirendum et Investigandum om
nes et singulos qui contra predicta
ordinamenta uel aliquod Infrascri
ptorum quicquam actentare pre
summerent et repertos culpabiles
punire suprascriptis et infrascrip
tis penis ad penam centum libr. di
cto potestati de suo salario auferendarum
uice qualibet qua contrafecerit in
predictis uel aliquo predictorum. Item
ordinamus ad tollendum omnem
malem consuetudinem quod postquam spo
nsa iuerit ad domum mariti non
possit destinare quartum carnium
ad domum patris matris uel ipsi
sponse ad penam decem librarum
den. Item Statuimus quod in publi
co ut consuetum extitit in preterit
um stipulari neque constitui possint a
lique dotes alicuius mulieris set ali
bi in loco honesto eadem dotes stipu
lari debeant ut omnis mali exempli
materia deponatur ad penam centum
libr. den. Et predicta omnia et sin
gula constituimus obseruanda tam
pro presenti quam pro futuro sub penis
superius declaratis quarum penarum
predictarum medietas sit communis
Amelie quarta pars sit accusatoris
et quilibet possit accusare et eius
nomen sit secretum omnibus preter quam
dominis Antianis quibus Notifica
ri debeat et reliqua quarta pars sit
potestatis executionem facientis. de
clarantes quod dicta ordinamenta et decreta l.
non uendicent sibi locum in militi
bus et doctoribus et in eorum mu
lieribus qui et que a predictis et
quolibet predictorum sint penitus
exclusi et excluse.

De Coachis que non debeant Respondere in stratis publicis. Rubrica

Volumus Insuper statuentes quod
cohacle alique non responde
ant nec aliquis ipsas respondere fa
.105. ciat ita quod exitum uel meatum habe
re possint seu faciant in stratis pub
licis maxime in strata reali a po
rta pusciolini usque ad domum Sancti pe
tri Stefani et palatium communis
Et si quis ipsas haberet ipsas mu
ret et actet ita et taliter quod nil tur
pe exeat inde ad penam decem libr.
denariorum sine aliqua diminutione l.
auferend. de facto uice qualibet
Et hoc locum habeat in preteritis
presentibus et futuris.

Incipit liber Sextus de electionibus Ciuium. Et primo


De exceptuatis ab offitio Communis. Rubrica.

MINORES DECEM
octo annorum et etiam non
allibrati in catastis et qui non sol
.1. uunt datuas communi amelie uel
qui non sint subiecti curie pote
statis amelie non possint esse seu
eligi in aliquo offitio et electio de
eis facta non ualeat et etiam si co
ntra fieret elector ac acceptans
soluant pro quolibet quadraginta
soldos communi pro banno Et ne
mo qui haberet potestatem eliendi
aliquem debeat eligere patrem fi
lium fratrem carnalem filium fra
tris uel sororis nepotem ipsius
electoris nec et sim. eligere ad di
ctum offitium [illegible] eligendi aliquem
de electoribus electis ad eligendum

dictum offitialem nec se ipm ad
dictam penam Et qui habet un
um offitium in communi uno .i.
et eodem tempore non possit ha
bere aliud exceptis consiliariis
qui habere possint unum aliud
offitium et qui contra fecerit .i.
eligendo uel acceptando electo
non ualeat et puniatur in vi
ginti soldis denariorum Et
Capitulum in singulis electio
nibus legatur per Cancellari
um Communis et si contra fece
rit pro qualibet uice pene noie
decem librarum soluere teneatur.

Quod quilibet possit agere contra
potestatem tempore sindicatus.
Rubrica.

NON TANTUM per hec
intendentes derogare aliud
statutum super simili materia
2. superius condito ymo ipm con
firmando Statuimus quod de omni
eo et pena quod est quam potestas
uel aliquis eius offitialis uel fa
miliaris incurreret dando uel
accipiendo obmictendo et neglig
endo fraudem conmictendo uel
quicquid faciendo contra formam
statutorum et ordinamentorum Ciu
itatis amelie contra eos et quem
libet ipsorum post depositionem
eorum offitii possit quilibet age
re et pro legitimo actore habe
atur seu accusatore aut denup
tiatore siue de facto proprio si
ue alieno ageretur et audiatur
sine salario oblatione libelli ac
sine strepitu et figura iuditii .i.
et causa de[illegible] terminetur ac si ac
tor uel ac[illegible]or seu denuptia
tor legitime [illegible] uenisset in
causa non obstantibus aliquo sta



tuto et iure in contrarium loque
ntes Et teneatur potestas pro
omnibus offitialibus suis penam
soluere in qua fuerit condemp
natus uel aliquis ex eis.

De Consilio generali dicte Ci
uitatis et modo eligendi

Inherentes dispositioni et
ordinationi Rectorum patr
3. imonii volumus et firmamus
quod in Ciuitate predicta pro ordi
nandis et gerendis negotiis Co
mmunis dicte Ciuitatis et Casi
bus occurrendis in Ciuitate predi
cta sit et esse debeat una Cum
consilio spetiali Consilium gen
erale dicte Ciuitatis et ipm co
nsilium sit et esse debeat creari
et nominari et esse de trignta .i.
bonis hominibus ipsius Ciui
tatis eliendis et deputandis per
dominum potestatem dominos
antianos populi ac Reforma
tores positos seu ponendos ad
reformandum offitia et offitia
les communis predicti sicut alias
reformatum fuit quorum consiliari
orum offitium duret et durare
debeat sex mensibus tantum.

De Electione Sindici ad prose
quendum appellationes. Rubrica

Ad prosequendum appellationes
quemlibet appellantis in
malefitiis fiat Sindicus ad pe
4. titionem iniuriam passi Et app
ellationem ipsam prosequi tene
atur Si autem aliquis condamp
natus appellans et postea uene
rit et supplicet quod admictatur
pariturus mandatis potestatis
et communis Amelie et soluere
uoluerit medietatem residui a

alibus si per ipsos in seruitium dicti
communis est aliquid faciendum ad
penam duorum soldorum pro quolibet
et qualibet uice qua contrafecerit
Et quod singulis consiliis debeant in
teresse ad primam pulsationem Ca
mpane calciati cum caleis et allu
ptos ad supradictam penam de facto
per ipsum potestatem et quemlibet
offitialem communis a quolibet con
trafacienti auferendum addentes quod
dicti Tubatores pro futuro tempo
re non grauentur nec grauari possi
nt pro aliquibus oneribus perso
nalibus in ciuitate et Comitatu pre
dictis imponendis durante eorum
offitio.

Quod Consules mercatorum. Et etiam
Capita aliarum Artium possi
nt inponere penam. Rubrica.

Item Statuimus quod Consules
seu Rectores cuiuslibet Artis
possint inter se Artifices inponere pe
.15. nam et etiam a contrafacientibus
accipere quinque soldos et si petierit
Curie Castaldus pro executione facie
ndum quod Curia teneatur eis dare.

Quod Ecclesie Ciuitatis Amelie et
sancti pauli defendantur. Rubrica.

Ecclesie omnes Ciuitatis et
Comitatus Amelie et maxime
Ecclesia Sancti pauli prope Lugna
.16. num mensalis Episcopatus Amelie de
fendantur. Contra omnes personas
et si quis Contrarium Arrengaue
rit soluat pro banno decem libras
Et si potestas fuerit negliens solu
at de suo salario quinquaginta libras denariorum.

de non alienando aliqua bona
in mobilia alicui forensi. Rubrica.

Statuimus et firmamus pro
.17. utilitate et pacifico statu
Ciuitatis Amelie quod nullus de
dicta Ciuitate uel eius districtu
audeat uel presumat per se uel
alium aliquo colore quesito a
lienare uel obligare uel pigno
rare uel in alium transferre quo
cumque alienationis titulo quo
ad proprietatem uel usufructum
uel locare in emphiteosim uel
ad modicum tempus concedere
alicui aliqua bona inmobilia
uel Jura uel possessiones que uel quas
haberet uel possideret in Ciui
tate Amelie uel eius districtu
alicui uel in aliquem forensem
non oriundum Ciuitatis Ame
lie uel qui non esset legitime con
stitutus Ciuis in Ciuitate predicta
Et si quis contractus fieret in
futurum contra dictam formam
ipse contractus sit nullus ipso
iure Et si quis contrafecerit ali
enando dicta bona uel Jura con
dampnetur et condampnari de
beat per potestatem Ciuitatis
Amelie pro qualibet uice in duce
ntis libris denariorum absque alia
diminutione.

De affrancatis lacuscelli red
ucendis ad Castrum sancti fu
cenili. Rubrica.

Item quod potestas teneatur
uinculo Juramenti reddu
cere et redduci facere omnes per
.18. sonas de Castro sancti facenili i
ad ipsum Castrum et ibi habita
re et stare sicut olim steterunt
et si quis ipsorum non obediue
rit et non steterit ibidem soluat
pro banno communi Amelie Ce
ntum soldos et super hoc Curia
possit procedere suo offitio. De
non defraudando Jurisdictiones. Rubrica.

Quoniam multi excogita
tis fraudibus iurisdictiones
.19. communis Amelie defraudare i
conantur et iura dicti Communis
dicto modo tolluntur et penes a
lios indebite transferuntur in pre
iudicium dicti communis Ad hoc
ut dicta malitia penitus exturpere
tur. Statuimus quod nullus Comi
tatinus dicte Ciuitatis audeat uel
presumat aliquo quesito colore
directe uel per oblicum facere se
uassallum uel perpetuo subiecta
persona alicuius domini uel baro
nis uel alterius cuiuscumque per
sone sub pena et ad penam con
fiscationis omnium et singulorum
bonorum contra predicta facientis
applicandorum dicto communi et ni
chilominus pena capitis punia
tur Et quilibet Rector Ciuita
tis predicte teneatur primo mense
sui regiminis de predictis contra
predicta facientes inquisitionem facere
et repertos culpabiles penis supra
dictis punire et predicta locum
habeant in preteritis presentib
us et futuris.

De Reducendo affrancatos de Canali ad unum locum. R.

Item Statuimus quod potestas
et Antiani qui sunt et pro
.20. tempore erunt teneantur et de
beant uinculo iuramenti ad penam
decem libr. ipsi potestati et xl.
sold. cuilibet Antiano omnes et
singulos affrancatos Castri Cana
lis redducere et reduci facere ad
locum quem dicti Antiani duxe
rint eligendum et eos defendere contra
quemlibet dominum qui eorum li
bertati uellet contradicere Item
quod dominus potestas et dni Anti
ani teneantur sub dicta pena recu
perare et manutenere omnem iuri
sdictionem quam habet commune
Amelie in Castro Canalis et hominibus
dicti Castri et in Castro fractuzole i
et pody et in hominibus dictorum Ca
strorum et contra contradictores pro
cedere ad depopulationem arborum
et ad aliam penam eorum arbitrio
auferendam cuiuscumque conditionis et
dignitatis existant dicti contradicto
res et Rebelles Et si aliquis de affra
ncatis dictorum locorum fuerit factus
uassallus quod reducatur in pristinam
libertatem et talis qui uassallus fa
ctus fuerit compellatur et cogatur fa
cere omnia et singula que facere te
nebatur communi predicto ad dictam
penam.

De manutentione affrancatorum Lacuscelli redducendorum ad sanctum fucetolum. R.

Affrancatos Lacuscelli et ha
bitantes Castri Sancti fuceti
.21. li et affrancatos de Canali et in Ca
stro pody propriis communis et ho
mines Castri Maclis et de Castellis
et fractucciola et omnes alios homines
districtuales et subiectos Curie Ci
uitatis Amelie potestas et eius of
fitiales et Commune Amelie tenea
ntur manutenere infranchitiam
iuxta posse.

Quod Casalena Castri Macchis uendantur communi Amelie. R.

Statuimus quod omnes homines
qui habent Casalena in Castro
.22. Maclis teneantur uendere communi
Amelie pro iusto precio et dictum
Commune uendat Communi Maclis
pro dicto precio et si non concorda
rent homines qui habent ponatur

duo homines unus pro parte eo
rum et alius pro parte Comunis
Et quod per eos factum fuerit sit ra
tum et firmum Et predicta te
neantur facere omnes dicti Ca
salena habentes infra mensem post
quam fuerint requisiti ad penam q
uinquaginta libr. //

De venditione facienda de ter
ris necessariis pro coramis. Rubrica

Ad hoc ut Castra Ciuitatis
Amelie manuteneantur.
Statuimus quod quicumque Ciuis uel
.23. districtualis Amelie habet aliq
uam possessionem prope aliquod
Castrum factum et fiendum dicti
Conmunis utilem et necessariam
dicto Castro teneatur et debeat
Sintico dicti Castri uendere dic
tam suam possessionem pro pre
ctio conpetenti secundum extima
tionem fiendam per duos bonos
uiros eliendos unum pro parte
domini rei et alium pro parte
Sintici dicti Castri Et si dicti duo
sic electi non essent in concordia
quod eligatur quidam tertius per
Consilium spetiale ad briscialos
Cuius extimationi stari debeat tam
per venditorem quam per Sinticum
et dictus talis dominus possit et
debeat cogi ad petitionem Sin
tici supradicti per offitiales conmu
nis Amelie uel alterum ipsorum
ad ponendum dictum extimatorem
et facta extimatione facere debe
at venditionem pro prectio de
clarato per predictos ad penam
Centum librarum den. Cuius pe
ne medietas sit conmunis Ame
lie et alia medietas dicti Sintici
Et an sit necessaria et utilis dicta
possessio dicto Castro remaneat
in prouisione duorum bonorum
virorum eliendorum per Antianos
populi Si uero aliquis uendide
rit in preteritum uel in futurum
uendet Conmuni Ciuitatis Am
elie uel alicui ex dictis Castris a
liquam suam possessionem et ali
qua persona spetialis dicte Ciui
tatis aut dictorum Castrorum uel
commune uel universitas mole
stauit molestat et molestabit in
futurum per se uel alium solu
at pro banno Conmuni Amelie
pene nomine quinquaginta libr.
et nichilominus cesset et cessare
debeat a molestatione predicta
Et si dicti offitiales uel alter ipso
rum fuerint negligentes soluat pro
pena quinquaginta libras de suo
salario uice qualibet. //

De Rebampnitione exbamp
nitorum. Rubrica

Statuimus et ordinamus
quod nullus exbanditus et co
ndempnatus de Ciuitate Amelie
.24. uel exbandiendus et condempn
andus de Ciuitate predicta pos
sit uel debeat rebandiri et Ciui
tatem Amelie redduci aliquo quesi
to colore nisi soluerit suam con
dempnationem Camerario Con
munis Amelie uel nisi de ipso re
bandimento fiendo et quod fieri po
ssesset precederet deliberatio consi
lii generalis dicte Ciuitatis Ame
lie obtenta per quatuor partes
de quinque partibus consilii sup
dicti quo Casu possit et ualeat
rebandiri et de banno Cancellarii
secundum deliberationem dicti co
nsilii dum modo dictus talis sic re
bandiendus et de cuius rebanditio
ne tractaretur haberet pacem

ad eo quem offendisset uel cuius
causa exbanditus fuisset uel ab
eius patre uel tutore uel curatore
quando dictus offensus esset pu
pillus uel adultus exsoluerit quar
tam partem sue condempnationis
que nullatenus remitti possit Et
aliter quis rebandiri non possit
aliquo non obstante.

De habendo Notitiam statutorum Communis per offitiales. Rubrica

Ad hoc ut offitiales commu
nis statutorum ad eos spectan
tium non possint ignorantiam alle
25. gare Statuimus quod omnes et si
nguli offitiales dicti communis te
neantur et debeant vinculo iura
menti et ad penam viginti quinque
librarum infra primos octo dies eorum
regiminis scribere et notare quod
ad effectum omnia et singula ca
pitula et statuta comunis dicte ci
uitatis pro ut de cuiusque offitio
loquuntur et inquantum ad ipsorum
offitium spectant in quodam quater
no quem quaternum et nota di
ctorum statutorum debeant toto tem
pore eorum offitii penes se reti
nere Et ipsum debeant presen
tare et exibere Rectoribus iu
dicibus et notariis dicte Ciuitatis
ad ipsorum petitionem ad penam
predictam a contrafacientibus
uice qualibet auferendam

Ut molendinarii et baltarii paciscant cum potestate. Rubrica

Molendinarii et baltarii ex
districtum Amelie si postquam
fuerint requisiti non uenerint seu
26. promiserint ad paciscendum cum po
testate et antianis pro Communi
secundum quod consilium ordinabit
in qua conuentione debeat esse
dominus pannarius Amelien(sis) po
testas inhibitionem faciat per ba
nnum quod nullus uadat ad molendum
seu ualcandum donec uenerint facturi
cautionem de molendo seu ualca
ndo quibus postmodum uenienti
bus fiat pactum et cautio et con
uentio inter eos ad uoluntatem
Consilii.

De Cogendo per potestatem Et Antianos partes ad faciendum pacem Rubrica

Pacem et concordiam et finem
et refutationem perpetuam
potestas ad petitionem cuiuscumque
27. persone et offitii potestatis et An
tiani populi teneantur et debeant
uinculo iuramenti fieri facere a qui
buscumque personis de omnibus et
singulis iniuriis et offensionibus
secundum formam petitionis que co
ram eo seu eis fuerint exibita seu
uerbo facta contra quas diceretur
inimicitiam esse Et hec teneantur
fieri facere infra decem dies con
putandos a die date uel facte pe
titionis predicte et hoc locum ha
beat in offensis et iniuriis factis
et in faciendis Et quicumque non obe
diuerit potestati in predictis sol
uat dicto communi pene nomine
quinquaginta libras denariorum et nichil
ominus ipsam pacem facere te
neatur et cogatur et etiam secundum
formam statutorum domini pape Et
si potestas uel aliquis eius offitia
lis fuerit negligens in predictis so
luat pro pena quinquaginta librarum
quas Camerarius communis reti
neat de suo salario si contrafactum
fuerit per eum. De prohibi
ta Refirmatione offitialium. Rubrica

28. Ne offitiales forenses in Ci
uitate Amelie Ciuilitatem

Represalie

contra hant et amicitiam nimiaz
in eadem propter quam iustitiam
retardatur plerumque. Statuimus
quod nullus offitialis forensis quoc
umque nomine censeatur possit vel
debeat in aliquo offitio dicte civi
tatis refirmari vel de novo eligi in
aliquo quesito colore infra quinque
nium a die finiti offitii numerandi et
si fieret ipsa electio et refirma
tio sit ipso iure nulla. Et si quis
contra dictam formam aliquod
offitium acceptaverit nulluz a
dicto communi salarium mere
atur capitulo aliquo non obstan
te quod in contrarium loquetur
Addentes quod hoc capitulum et ei
prohibitio non intelligatur in
cancellario communis super quo
statutum de eius offitio et elec
tione loquens vendicet sibi locum.

De salario cuilibet superstitis Ci
vitatis Amelie. R.

Suprestantes alicuius ope
ris communis Amelie de
.29. beant habere pro suo salario pro
quolibet die quo steterint ad op
us communis id quod per dominos
Antianos fuerit declaratum et te
mpore eorum solutionis dicti
suprestantes debeant vinculo iu
ramenti assignare omnes pun
tatos qui non interfuerint addi
ctum opus potestati et nisi iura
verint et assignaverint de eorum
salario non solvatur eisdem.

De modo concedendi represalias
conquerenti. R.

Si quis conquerens de ali
quo forensi vel universi
tatem aliqua ratione vel causa p
.30. ropter quam petierit represalias
sibi concedi contra aliquem vel
aliquam universitatem teneantur
tur et debeat dictas reprehensa
lias et causas quare petit expri
mere in quolibet consilio Civi
tatis predicte et sua iura nar
rare et tunc dictus potestas te
neatur et debeat ad penam vigi
ntiquinque librarum expensis conque
rentis cum licteris communis
sigillo communis predicti sigil
latis requirere personam vel uni
versitatem predictam ut satis
faciat conquerenti et transmi
ctere eis non in publica forma et si
ne die et consule omnia iura in
dicti conquerentis et si ille cui
dicte lictere fuerint transmisse
vel universitas supradicta sa
tisfaceret dicto conquerenti in
fra unum mensem post transm
issionem dictarum literarum bene
quidem alias dicto mense elapso
debeat predicta in consilio ge
nerali per ordinem enarrare
et ad petitionem conquerentis
in quolibet consilio dicte Civi
tatis propositam fieri facere
Et quod deliberabitur super pre
dictis per dicta consilia pro ma
iori parte presentium cuiuscumque
consilii id debeat observari Et
si dictus conquerens de petitis
per eum non haberet publicum
instrumentum seu instrumenta
quod de petitis per eum et enarra
tis aliter fidem facere teneatur
Et si aliter represalie concede
rentur ipsa concessio non valeat ip
so iure Et notarius qui contra predicta
conficeret publicum instrume
ntum condempnetur in viginti quinque libris denariorum.

Q(uod) q(ui) n(on) soluerit datium no(n) possit habere offitiu(m) in co(mmun)i. R(ubric)a

Datium sibi per conmune i(m)positum non soluens non possit habere aliquod offitium
.31. in Conmuni nec in curia potestatis audiatur in iuribus suis Et hoc teneatur potestas uinculo iuramenti obseruare Et quicumq(ue) renunptiauerit bonis nullum offitium habere possit a conmuni predicto Et etiam predicta i(n) omnia locum habeant in condempnatis de falzitate furto u(e)l dis robaria. Addentes q(uod) si q(ui)s intrauerit offitium Antianatus et camnneriariatus et non soluerit sua datia pe(n)a incurrat ipso facto decem libr(arum)

Q(uod) uallis parlasij cum colle sit de Contrada urbestoli. R(ubric)a

Uallis parlasij cum colle sit de contrata urbestolj usq(ue) ad pendem montis labri Et contrata sancti pangratij sit de co
.32. ntrata montis nigri ad factiones hominum et honores.

Q(uod) quilibet possit uendere uinum ad minutum Cu(m) apodissa et mensuris sigillatis. R(ubric)a

Uinum adminutum cum mensuris cum mensuris
.33. sigillatis sigillo conmunis quil(ibet) uendere possit pro suo libito uoluntatis sine pena et possit habere in taberna quascumq(ue) mensuras maiores pe(r)ticto non sigillato et qui contra fecerit soluat conmuni pro pena uiginti soldos et nullus possit crescere precti(um) uini postq(uam) incepit uendere uinu(m) predictum et de hoc habeat apodi ssam a potestate cum precctio in q(ua) dicatur quantu(m) uinum uult uendere quam debeat ponere in begete et qui contra fecerit in predictis uel aliquo predicto(rum) soluat pro banno conmuni Amelie p(re)dicto quinque libr(arum) de(nariorum) Et quilibet possit contra facientes denumptiare et accusare et stetur sacramento ipsius cum uno teste et habeat medietatem banni predicti et teneatur in Credentia.

De uenditione macelli conmunis facienda et de pretio ipsius. R(ubric)a

Macellum conmunis Amelie positum in platea sancte marie uendatur et uendi debeat post
.34. q(uam) ad manus conmunis peruenerit pro ipso conmuni macellarijs Ciuitatis Amelie precctio sexaginta libr(arum) de(nariorum) pro quolibet Anno quas sexaginta libr(as) soluere teneatur macellarij predicti Camerario dicti Conmunis in festo pascatis resurrectionis domini et eisdem uenditio dicti macelli fiat per dominos Antianos et Sinticum conmunis et ad penam predictam emptionem cogantur macellarij consueti macellare carnes pro dicto precctio et hoc locum habeat quando non uenderetur una Cum gabella carniu(m) Et quilibet macellarius negans uelle uendere emere puniatur in uigintiquinq(ue) libris de(nariorum) et Nichil ominus cogatur ad emendam Addentes ad hoc ut d(i)c(tu)m macellum non sit ita fetidum pro ut esse co(n)sueuit et est et ut sit efficiatur nitidum et purum ut melius conseruetur Statuimus et ordinamus q(uod) extra dictum macellu(m) uersus

plagias quanti pretenditur ipm
macellum ex parte exteriori pro
occidendis animalibus et alijs ne
cessarijs ad predicta expensis co
mmunis Amelie et de pecunia dci
communis fiat et fieri debeat suf
ficiens et actum quodam profer
lum de lignamine et tabulis cop
ertum Cum Cura et sollicitudine
domini potestatis et Antian Ciu
itatis Amelie qui pro tempore
fuerint ad quod opus faciend et
perficiend sint ex nunc duo sup
stites eliendi per dominos Anti
anos. Et si potestas et Antiani
requisiti ad predicta fuerint ne
glientes puniatur in Centum li
bris denariorum dominus potas
et in uigintiquinque libr quilibet
Antianus.

Qd quando est dubitatio de uo
cabulo alicuius rei declaret
per quinque Conuicinos. Rubrica.

Ad declarationem in quo uo
cab sit res aliqua posita i
35 cognito potestas ad petitionem
cuiuscumque cogere debeat quinque
uiros a se eliendos de contrata
quorum declarationi stetur et
si potestas in predictis fuerit ne
gliens soluat uice qualibet co
mmuni Amelie uigintiquinque
libr denariorum.

Qd Cuilibet sit licitum i cosilio ul
arenga protestari potestati et alijs
offitialibus Communis. Rubrica.

PRotestationem quamcumque
contra potestatem Judi
cem uel Not uel eorum alterum
36 in consilio uel arrenga possit
quilibet facere de suo nomine
uel communis nec ipsi potestas
Judex uel Not protestationi ostend
se dicto uel facto nec Not prohibea
nt quippiam protestationem non scri
bant sed quilibet Not ex ea rogatus
eam scribere teneatur et qui contra
fecerit soluat dicto communi proba
nno decem libras pro qualibet ui
ce in quolibet predictorum.

Qd potestas teneatur expellere
malesanos de Ciuitate. Rubrica.

Ad sanitatem conseruandam
potestas et eius offitiales te
neantur ad penam quinquaginta
37 libr de eorum salario Jnquirere sub
tiliter contra lebrosos et male sanos
ciuitatis predicte infra primum me
nsem sui regiminis Et si inuener
it aliquem super happhens de di
cto morbo teneantur ei mandare
uel eius consanguin uel alijs pe
rsonis sibi coniunctis quod usque ad octo
dies post factum preceptum deb
eant eum expellere extra ciuita
tem ad remotas partes sine spe re
deundi et qui dictis offitialibus i
non obediuit in predictis sit in pen
quinquaginta libr Et unicuique sit
licitum tales infectos accusare et
si de aliquo esset contentio remane
at in potestate consilij Et nullus
lebrosus audeat stare nec stet in
Ciuitate Amelie Et hoc Capitulum
potestas faciat seruari ad penam
uiginti libr Et quod custodes portarum
dicte Ciuitatis non permictant a
liquem de predictis Lebrosis intra
re Ciuitatem predictam ad pena
uiginti sold pro quolibet lebroso
et quolibet custode dicte porte i
Et predicta notificet custodibus pota
rum 2 bis dicat quolibet mense.

Qd dni Antiani possint facere Co
silia ubicumque uoluerint absque potate. Rubrica.

70v

[A]ntiani populi possint facere
consilia et reformationes et arren
gam in palatio communis et populi
38 et extra palactium et in absentia
potestatis et instrumenta et Sindi
catus cum consensu consilii et quod per
ipsos factum fuerit valeat et tene
at ac si personaliter interesset potest
as dum modo primo ipse potestas
fuerit requisitus ut intersit ad consi
lium supradictum

Quod domini Antiani possint cum presentia
et autoritate Consilii possint fa
cere Sindicum. Rubrica.

[C]ongregare omne Consilium
et arrengam possint Antia
ni populi ubi eis placuerit et ipsi
39 vel maior pars ipsorum cum vol
untate et autoritate cuiuscumque consilii
adunantie vel arrenge et consili
um vel adunantia vel arrenga
huiusmodi cum autoritate et vol
untate dictorum Antianorum possit face
re et ordinare quemcumque Sindicum
actorem procuratorem et nuptium
spetialem eorum et dicti communis
Amelie ad quecumque acta causas
et negotia ut eis videbitur autori
tate presentis capituli et quicquid
in predictis et de predictis factum
fuerit valeat et teneat pleno iure.

Quod domini Antiani populi tenean
tur decidere omne secretum quod
nasceretur inter aliquos unde
status Amelie posset perturbari. Rubrica.

[S]i aliqua questio secretum
sive lis ab aliquo vel inter
40 aliquos orta esset seu nasceretur
in posterum inter aliquas personas
unde posset status dicte civitatis
aliquo modo turbari quod Antiani
populi qui sunt et pro tempore erunt
possint debeant et teneantur quam
questionem litem et contraversiam
summarie facere decidere et termina
re et disbrigare prout eis melius
videbitur et eorum diffinitioni pa
rtes inter quas questio secretum vel
contraversia fuerit parere et stare de
beant et quod per commune predictum
fiat ita quod ea que per dictos Antia
nos dicta fuerint super predictis
perpetuo observentur.

De non accipiendo pedagium
ab illo qui esset de aliqua terra
in qua Amerini pedagium non
solverent. Rubrica.

[P]edagium non accipiatur
alicui homini qui est de ali
41 quo loco ubi non accipitur pedag
ium hominibus de Amelia et eius
districtu. Quod potestas non fa
ciat ligna in bonis alterius. Rubrica.

[P]otestas non possit fieri face
re ligna in bonis alicuius de
Amelia ad penam x sol. libr. et si quis
42 prestiterit operam vel bestiam pro
dictis lignis puniatur in quinque
libris nisi dicta ligna emisset et ...
de labore suo et mercede satisface
ret. De beneficiis mulierum
quod admictantur in testes. Rubrica.

[N]on obstante iure Canonico
vel civili ut in opia prob
ationum malefitia non remanea
43 nt impunita Statuimus et or
dinamus quod quelibet mulier non
male fame possit induci recipi
et produci ac etiam examinari in
testem in causis criminalibus et
malefitiorum que examinatio dictarum
mulierum et acta fienda cum eis
in causis malefitiorum et etiam in
Civilibus causis fiant et fieri de
beant ubi presentia ipsarum mulie
rum esset necessaria in Claustro

Ecclesie sancti Augustini

f C ... tenetur

Ecclie sancti Augustini de Ame
lia uel ante ipam Ecclesiam et nō
alibi cum presentia duorum ci
uium dicte ciuitatis et non alio
modo Addentes quod nulla mulier
pro ipso testimonio ferendo uel
pro debito pecuniario seu pro
aliqua datiua soluenda possit i
micti in carceribus dicti commu
nis et obmictens ydonee satisda
re de non discedendo ante Ecclesiā
predictam recludatur et reclu
di debeat in et apud aliquod mo
nasterium dicte ciuitatis et ad be
neplacitum potestatis ad penam
quinquaginta libr. den. contra faci
enti in aliquo predictorum.

De non ferendo aliquam Sententiam absolutoriam ultimo mense Regiminis potestatis. Rca.

44 Rectores et potestas Ciui
tatis Amelie uel aliqui a
lij offitiales dicte Ciuitatis non
debeant in causis malefitiorum
ferre aliquam Sententiam ab
solutoriam ultimo mense sui re
giminis siue offitij et si ferret di
ctam Sniam ipso Jure non tene
at ipsa Sententia et sit nullius
ualoris et offitialis in predictis
contrafaciens puniatur uice qua
libet in uigintiquinque libr. den. Ad
dentes dicto Capitulo et Statu
enti ac firmanti quod quilibet of
fitialis dicti Communis tam po
testas quam quilibet alius offitialis
qui Sententias ferret et ferre po
test in Ciuitate predicta et qui e
rit pro tempore possit et ualeat
teneatur et debeat in causis crimi
nalibus extraordinarijs et in
dampnis datis Sententias Con
dempnatorias uel absolutorias
per se uel suum Notarium impu

pūita legere ferre et recitare in
Consilio generali dicte Ciuitatis
de mandato dicti potestatis bādi
endo et congregando etiam si in
dicto consilio postquam fuerit bandi
tum et more solito pulsatum ad
illud non fuit numerus consilia
riorum presens dum modo sente
ntie ipse ferantur et ferri debe
ant presentibus dominis Antia
nis populi Ciuitatis predicte i
uel maiore parte ipsorum et sic
late recitate et promulgate uale
ant et teneant siue fuerint prese
ntes tunc illi qui condempnabu
ntur uel absoluentur siue erunt
absentes siue erunt citati siue nō
ad dictas Sententias audiendum dū
modo tempore bandimenti dicti
Consilij ex parte dicti potestatis
ferre debentis ipsas sententias bā
diatur per publicum preconem
dicti Communis in Capite scala
rum palactij dicte Ciuitatis quod
omnes habentes aliquid facere
in Curia malefitiorum ex ordina
riorum et dapnorum datorum intersint et
interesse debeant ad audiendum di
ctas Sententias in dicto Consilio
et deinde tale bandimentum scribatur
in actis ipsius potestatis per eius
Notarium Et sic factum et scrip
tum habeatur pro uera et legitima
citatione dictorum postea Condēpna
torum uel absolutorum autoritate
presentis statuti non obstante aliquo
Jure quod in contrarium loqueretur.

Quod Nullus offitialis dicte Ciuitatis durante suo offitio possit se absentare. Rca.

Nullus offitialis Communis
Amelie durāte toto tēpore
sui offitij et etiā post depositionem
sui offitij durante tempore quo de
45 bet stare ad Sindicandum possit se

A. F. 1

ab sentare extra Ciuitatem et
districtus Amelie sine expressa li
centia Consilii generalis dicte
Ciuitatis et si aliquis ex dictis
offitialibus contrafecerit in pre
dictis puniatur pro qualibet die
qua steterit contra dictam for
mam in decem libris den. Et quod se
mper dictis offitialibus satisfiat
per Camerarium Communis pro
rata temporis quo seruiuerint
et ultima eorum salarii paga
remaneat in depositum pen. Cam.
Communis que demum facta ab
solutione de predictis secundum
formam statutorum soluatur ei
sdem offitialibus.

Quod fideiussor qui fideiusserit pro
forensi possit ipse et principalis
conueniri.

Fideiussor si quis pro aliquo
forense aut aliquis fideiu
ssit pro forense qui non constrin
46. gat se ad bancam Ciuitatis Ame
lie et non esset Curie Amelie sub
iectus quod creditor apud quem di
cta fid. facta extiterit possit tam
fideiussorem quam principalem debitorem
et quem ex eis uoluerit conueni
re pro suo libito uoluntatis non
obstante Capitulo supra posito quod
loquitur quod primo conueniatur
principalis debitor quam fideiussor
nec aliquo alio quod in contrarium
loqueretur Et hec locum habeat
in preteritis presentibus et futuris.

Quod acta facta contra aliquem
tunc absentem exititium non ualeat. Rub.

Omnia et singula acta tam
Ciuilia quam Criminalia quam extra
ordinaria acta facta seu gesta in
47. aliqua Curia Ciuitatis predicte
quacumque Causa a uiginti an
nis citra contra aliquem absentem
exititium uel expulsum ratione
partialitatis sint et debeant esse
Cassa irrita et inania ipso iure
et ex dictis actis et sententiis
Communi uel alicui priuato nu
llum sit ius acquisitum nec ali
quis audiatur allegans et cui
libet dicto modo absenti sit li
citum ius suum prosequi contra
quemcumque nec possit sibi distra
ctio prescriptio uel usu captio
que currissent dictis tempori
bus uel facta esset uel inducta
obici uel opponi.

Quod porci non uadant per Ci
uitatem. Rub.

Porcos et scrofas quicumque
habet in Ciuitate Amelie
ad trogum teneatur ipsos retine
48 re ligatos aut reclusos ita quod
nullo modo uadant per Ciuita
tem et qui contrafecerit soluat
pro pena uiginti soldos denario
rum de facto pro quolibet porco
seu scrofa Et quilibet possit non
facientes denumptiare et accusare
et stetur accusationi ipsius et
habeat tertiam partem banni
et teneatur in credentia. Adde
ntes quod si quis reperieret in or
tum suum laboratum aliquem
pulsum possit impune ipsum o
ccidere et occisum proicere extra
ipsum ortum non obstante ali
quo statuto.

Quod ementes possessiones a frate
rnitate faciant scribi in com. libr. Rub.

Statuimus quod quicumque in
preteritum uel in futurum
fuisset adeptus aliquas possessiones
49. uel in futurum acquiretur alio
titulo uel colore a fraternitate
Sancte Marie seu alio pio loco
persona uel universitate Commu
ni Amelie non subiecta tenea
tur ipsas possessiones ponere et

Amicus de Imerita

poni facere in suo Catasto et libra
et soluere cum effectu Communi
Amelie omnia et singula datia et
collectas pro tempore quo pos
sedit infra mens. a die publicat.
presentium et soluere in futurum
pro ut et tempore quo dat. im
ponentur per dictum Commune
ad penam viginti quinque libr. de
facto auferend. a quolibet contra
faciente et qualibet uice et pro quo
libet pectio terre. Et quod si aliquod
pectium terre relinqueretur seu
relictum fuerit de quo fuerit inpo
ss. ipsa fraternitas ita quod fructus
dicti pectii terre cedant et conu
tantur in utilitatem dicte frater
nitatis quod dictum pectium terre
eleuetur et eleuari debeat de li
bra et catasto dicti relinquentis
uel eius heredum et ponatur in
libra dicte fraternitatis.

Quod quilibet volens artem facere
admictatur in ipsa arte sine pretio. Rubrica.

Quicumque uellet uellet artem
aliquam intrare quod possit et
.50. recipiatur per homines ipsius ar
tis sine aliquo precio uel intra
tura.

Quod ius laboratoris sit saluum. Rubrica.

Si aliquis uendet in futurum
aliquam terram quod semper ius
laboratoris sit saluum et idem di
51. cimus de inquilinis ita quod non po
ssit de poss. uendit. existent. fruct.
in ea expelli nec ipse renumptia
re possit sed exfructata poss. re
maneat ementi.

Quod agens non
audiatur nisi primo satisdederit
in causa reconuentionis. Rubrica.

Statuimus quod nullus agens
uel aliquid petens in curia
Amelie audiatur uel audiri pos
.52. sit per aliquem Iudicem uel offi
tialem dicti Communis coram quo
esset questio uel petitio porre
cta nisi ante omnia ad petitionem
et uoluntatem conuenti satisde
derit de stando iuri coram dicto of
fitial. et in dicta Curia in causa re
conuent. que fieri uellet uel dice
retur per ipsum conuentum et
de iuditio sisti et iudicato soluen
do.

Quod habeat domum Amel
ie qui uult habere benefitium Ciptadinantie.

Statuimus quod quicumque ult.
habere beneficium Ciectadi
nanze qui fuerit receptus in ci
.53. uem teneatur habere domum pro
priam et liberam in dicta ciuita
te infra annum a die publicat.
present. statut. Et quod quilibet fore
ns. qui uoluerit esse ciuis dicte Ci
uitatis in futurum nisi primo in
domum propriam et liberam in
habuerit esse non possit salua et
reseruata dispositione alterius
capituli statut. posit. sub Rubri
ca de penis duplicandis contra
forens. Et si quis deinceps uol.
dictum benefitium adipisci perso
naliter debeat coram dominis An
tianis conparere et suam peti
tionem offerrere teneatur et de
beat in consilio dicte Ciuitatis
et id quod in dicto consilio firma
bitur circha predicta habeat pl
enum Robur.

Quod actetur uia qua itur ad sanctam
mariam de monticellis. Rubrica.

Actetur et actari debeat uia
qua itur ad Sanctam Ma
riam de monticellis usque ad San
ctum Laurentium de urbestulo
54 per adiacentem ad uoluntatem
dominorum antianorum et domini potestatis
amelie.

Quod operarii vadant de
mane in plateam cum feris aptis ad laborandum.

Statuimus quod quilibet ope
55 rarius tam Ciuis quam Comi

tatens uel forens quando iuerit
de mane in platea sancte Marie
ad sumendum operam debeat secum
portare feramenta cum quibus
debet laborare et panem neces
sarium pro ipsa die et inconti
nenti facta conuentione cum patro
no teneatur ire recto tramite
ad portam per quam exire debet
ad laborandum et qui contrafece
rit soluat uice qualibet quinque
soldos et liceat dicto patrono re
tinere de salario conuento quod du
xerit si operarius non iuerit ad
laborandum ut dictum est pro
rata diey et predicta bandiant.

Quod rectores Ciuitatis Amelie
non retineant aliquem ad stu
dendum. Rubrica.

Statuimus quod potestas uel
aliquis offitialis Ciuitatis
56. predicte non possit nec debeat re
tinere ad studium filium fratrem
uel nepotem nec aliquem suum
familiarem in aliqua arte tempore
eorum offitij et qui contrafecerit
soluat pro quolibet et qualibet
uice uigintiquinque libras dena
riorum.

De extimatione Ronzinorum fa
cienda infrascripto modo. Rubrica.

Per antianos populi eligan
tur duo boni uiri homines
ad extimandum Ronzinos et
57. equos actos ad locandum ad ue
cturam et nullus habens Ron
zinum uel equum possit eum loca
re ad uecturam nisi primo sint
extimati ipsi equi uel Ronzini
ad petitionem cuiuscumque peten
tis infra tres dies postquam fuerint
ipsi domini Antiani requisiti ad
penam decem librarum pro quolibet
ipsorum et qui contrafecerit etiam
in decem libris uice qualibet pu
niatur Communi pro pena. Et
si talis equus uel Ronzinus acci
derit uel moriretur uel magag
naretur penes conductorem ipsi
us quod teneatur dictum equum uel
Ronzinum emendare domino
Ciuius est secundum extimatio
nem que fieret per dictos extima
tores non obstante alia cura uel
cautela que quocumque quesito co
lore uel sub quacumque conceptio
ne uerborum fieret non obsta
nte etiam quod instrumentum esset
liquide scriptum mutui uel depo
siti que cura et cautela sit exnu
nc autoritate presentis statuti cassa
et nullius ualoris que extima
tiones fiende per dictos extima
tores sint secrete penes cancella
rium communis donec casus eue
nerit qui extimatores habeant
pro ipsorum et cuiuslibet ipsorum
salario uiginti soldos pro quolibet
autoritate presentis statuti.

De pena aperientium bussolas. Rubrica.

Banditores communis Ame
lie nec aliquis alius dicte
ciuitatis audeat uel presumat
58. aperire bussulas palluctarum
recollectarum in consiliis Ciuita
tis predicte et quando consilia fi
unt Cancellarius tantum ualeat ap
ire et qui contrafecerit uice qua
libet et pro quolibet in quinque
soldis denariorum puniatur.

De pena capientium tenutam
auctoritate propria. Rubrica.

Nulla persona audeat uel
presumat capere aliquam
tenutam de aliqua re autoritate
59. propria uel alicuius publici in
strumenti alicuius credita sine au
toritate et decreto iudicis Causa
rum Ciuilium Communis Amelie
secundum formam statutorum ad

penam Centum libr den et sic e
perit ipsa captio sit nulla.

Quod fiat Reassignatio dotis quando
vir verget ad inopiam. Rubrica.

Quandocumque uir uergerit ad
inopiam et petitum fuerit
pro parte uxoris quod fiat sibi reas
.60. signatio et restitutio dotium quod vir
teneatur eas reassignare de bonis
de quibus vir esset in possessione. Et
potestas et Judex uel alii offitiales
Coram quibus esset expositum pro
parte uxoris teneantur eidem re
stitueri et reassignari facere cum
effectu sine aliquo strepitu et fi
gura Judicii sollempniter Juris quo
libet pretermisso et etiam sine so
lutione salarii ne mulieres men
dicare et meretricare cogantur.

De pena castaldi intrantis do
mum Clausam. Rubrica.

Nullus Castaldus possit in
trare aliquam domum cla
usam causa et animo pignoran
.61. di uel aliqua alia Causa et intra
uerit et aliquid extrasserit ali
quesito Colore puniatur in decem
libris et potestas teneatur ad pe
titionem Cuiuscumque uinculo Ju
ramenti dictos Castaldos sic in
trantes domum alienam punia
tur secundum formam statutorum
ac si esset furatus res quas ex
trasserit de dicta domo dummodo
in dicta domo aliquis non exist
at. Et quod credatur domino domus
Contra dictum Castaldum pro re
sbtracta usque ad decem soldos et
abinde infra.

Quod fratres simul
stantes teneantur omnes et
sint obligati pro dote uxoris
fratris. Rubrica.

Si plures fratres simul sta
ntes aliquis ipsorum uxo
.62. rem ceperit et unus fuerit obli
gatus pro dote dicte uxoris et
alter non tamen omnes tenean
tur tempore restitutionis pro ra
ta non obstante quod in instrumento
dotis non fuerint omnes obliga
ti dummodo ipsa dos fuerit con
uersa in utilitatem communem
omnium dictorum fratruum et si
sic conuersus non esset teneatur
solus ille qui dotem recepit.

De prohibita suspensione pre
sentium statutorum. Rubrica.

Et Statuta in presenti uolumi
ne designata et scripta ad li
cteram prout Jacent pp. conser
.63. uentur in lesa et de facili reuoca
ri non possint Statuimus et or
dinamus quod omnia et singula sta
tuta et Capitula supra et infra
scripta in qualibet parte sui de
uerbo ad uerbum de littera ad li
cteram perpetuo sint firma et
rata et esse debeant et inuiolabi
liter obseruentur ita quod ipsa uel
aliquod ex eis in totum uel in partem
tolli Cassari arrogari diminui
uel suspendi quoquo modo non po
ssint aliquo quesito colore nisi de
predictis cassatione diminutione
arrogatione abolitione et suspensione
et qualibet ipsarum fieret proposi
ta spetialis cum toto tenore cap
ituli uel statuti de quo suspenden
do uel tollendo ageretur in Con
silio Ciuitatis Amelie ad penam
Centum libr. Addentes quod si qua
priuata uel publica persona au
sa fuit uel attentauerit aliquid de su
predictis statutis uel inscriptis cassare

irritare uel adolere puniatur
de facto in quinquaginta flor. au
ri. Et quod si quis in margine ipso
rum scripserit similiter de facto p
uniatur in viginti quinque libris
den.

**Quod massarius Castri Maclis et
fons Capete actentur. R.**

Sindicus Castri Maclis co
mitatus Amelie faciat per
.64. homines dicti Castri totiens et
quotiens fuerit opus ad penam
viginti quinque libr. et potestas
faciat executionem mandare ad
petitionem cuiuscumque petentis
ad penam decem libr. Et quod quilibet
de Massano det unam operam
personalem ad fodendum et ac
tandum fontem et aquam Capete
supra Maclem. Et quilibet de Ma
cle duas operas ad dictum opus
et unus suprastans ponatur per
commune Amelie seu auctoritate popu
li ita quod probetur omni tempore
fuisse per commune Amelie dicta
cavatio facta de inde quilibet de
affrancatis seu subiectis communi
Amelie habitans ultra pontem det un
am aliam operam demum ponatur
in Consilio communis si ad dictum op
us est aquam aliquid aliud facie
ndum et quod in dicto Consilio de
liberabitur obseruetur.

De meretricibus retinendis in loco publico. R.

Ad hoc ut Sodomiticum vi
tium extirpetur de civita
.65. te Amelie et meretrices tute per
maneant in ea. Statuimus et
firmamus quod meretrices que e
runt et stare vellent in Civi
tate predicta sint et esse debe
ant sub protectione communis

Et Rectores dicte Civitatis te
neantur et debeant ipsas defe
ndere ab omni nocumento et
offensione que fieret contra eas
eorum vinculo iuramenti. Et ut
in certo loco moram trahant i.
volumus et decernimus quod do
mus earum habitationis expensis co
mmunis ematur uel conducatur
per ipsum commune et per an
tianos populi dicte Civitatis
pro ut eis videbitur et in pre
dictis sollicitam curam gerant
ita quod predicta domus ematur
uel conducatur per ipsos dominos
antianos infra duos menses a
die publicationis presentis statuti sub vi
nculo iuramenti et ad penam vigi
nti quinque libr. Addentes quod be
neficium ipsis meretricibus co
ncessum extendatur ad publicos leno
nes ipsarum aliquo non obstante
declarantes quod ipsa protectio
intelligatur in hoc videlicet quod ipse me
retrices earumque lenones et ru
ffiani toto tempore quo stabunt
in loco deputato in Civitate A
melie sint et habeantur pro Civi
bus dicte Civitatis quo ad tam ad
penas et banna sive offendant ali
os sive offendantur ab alijs di
cto uel facto.

De dubijs presentium statutorum declarandis. R.

.66. Si aliqua obscuritas ambi
guitas titubatio dubium
uel incertum oriretur in poste
rum uel oriri contingerit in pre
senti volumine statuti uel ali
qua parte sui. Statuimus quod
domini Antiani populi qui pro
tempore erunt teneantur et de
beant ad ipsorum uel alicuius eorum

declaratione adhibere statutarios
uel maiorem partem ipsorum
una cum eis et quod per ipsos do
minos antianos et statutarios
fuerit declaratum obtineat ple
num robur. Addicientes quod po
st publicationem presentium per ipsos statutorum
fiendum in consilio generali dicte
Ciuitatis statuta per ipsos statutarios in
presenti volumine descripta et
non alia uetera debeant obser
uari in futurum sed ipsa uetera co
nseruentur in archiuio Conm
unis et in Ecclesia sancte firmine
de Amelia ad hoc ut gesta retro
per quoscumque Rectores et offi
tiales ipsius Ciuitatis ipsorum sta
tutorum vigore firma sint et rata
et teneant et ualeant ac si dicta
statuta mutata non essent.

Quod Ciuilis et criminalis actio possit in eodem libello simul intentari. Rubrica

Ad reprimendum Calumpni
as intentum. Statuimus
et firmamus quod in vno et eodem
.67. libello accusatorio seu denunpti
atorio possint actantes et denunptiantes
intendere et in eodem libello inte
ntare Ciuilem et Criminalem ac
tionem ex eodem uel diuersis fa
ctis descendentes et plures in eodem
libello etiam de factis diuersis po
ssint et ualeant accusare ac etiam
potestas et Judex possint per offi
tium procedendo con[...]
partem ad priuatu[...]
terius et si petitum [...]
ea non obstantibus alio[...]
tutis quod in contrarium lo[...]

De electione magistri Gra[...]

Ad hoc ut pueri C[...]
Amelie doctrinam [...]
.68. entiam gramaticalem sume[...]
ssint. Statuimus et ordinam[...]
pro comodo et utilitate Conm
unis quod domini Antiani populique
pro tempore erunt possint te
neantur et debeant nominare
et eligere unum magistrum su
fficientem et expertum in gram
aticali scientia ad legendum et doce
ndum quoscumque uolentes in Ciui
tate predicta cum salario et proui
sione declarandum per Collegium Ad
uocatorum et Notariorum dicte Ci
uitatis quia de hys sunt melius
informati et ipsum salarium possit
et debeat sibi solui et de pecunia
dicti communis absque alia noua
deliberatione statuto aliquo non ob
stante. Addicientes et quod pro eius
salario habeat et habere debeat
a quolibet scolare auditore vesporum
et abinde infra pro quolibet mense
.v. solidos tantum pro auditore donati
quolibet mense .j. bononenum pro facientibus
latinum cuiuscumque Conditionis
existat quinque solidos pro quolibet me
nse et dictum salarium per dictos
scolares debeat sibi solui in fine
cuiuslibet mensis ad penam .xl. solidorum
pro quolibet contrafacientibus Et
super omnibus potestas eidem
magistro fauorem impendat quo
libet tempore etiam feriato.

De electione et offitio Notariorum Ciuilium. Rubrica

69 Pro utilitate communis
Amelie et spetialium per
sonarum ipsius et ut gerenda et scr
ibenda de cetero in Causis Ciui
libus de jure subsistant. Statu
imus et firmamus quod ad scriben
dum acta Ciuilia in Curia Ciui
tatis Amelie eligantur et eligi
debeant duo Notarij Ciues dicte
Ciuitatis equalitate seruata secu
ndum formam statutorum quorum scri
pturis stetur et Credatur et stati

debeat per quoscumque tamquam pu
blicas et autenticas licet scripta fo
rent sine interuentu testium et
ipsa sic scripta per ipsos Notari
os sic electos et deputatos et qui
deputabuntur ad scribendum pre
dicta valeant et teneant et ob
tineant roboris firmitatem ta
mquam scripta per legitimas perso
nas et publicas Et offitialis co
mmunis Amelie aliquo non ob
stante et ut de ipsa electione con
tentio oriri non possit ipsam ele
ctionem de ipsis Notarys ex nunc
facimus in hac forma videlicet quod omnes
Judices Medici et Notary et spe
tiales Ciuitatis predicte mictan
tur et micti debeant in quadam
bussula existenti et que existere
consueuit in Ecclesia sancti fran
cisci et in ea existere debeant in
et singulis duobus mensibus in
cuiuslibet anni duo ex Notarijs
supradictis sint et esse intelligan
tur ad ipsum offitium et quando ex
trauntur Antiani et aly offitia
les dicte Ciuitatis dicta bussu
la portetur in consilio generali
dicte Ciuitatis et ibidem in pre
sentia ipsorum Antianorum populi
Ciuitatis predicte dicta bussula
vna uel plures que fuerint ap
iatur et ex ea trahantur duo No
mina dictorum inmissorum et existen
tium in dicta bussula qui fueri
nt Notary et habiles ad ipsum
offitium equalitate seruata d
icti sic extracti habeantur pro legi
Notarys et legitime electis a
sic non sunt Notary ambo uel
vnus Conditionis dicti sic extracti
teneantur et debeant duos pre
dictos Notarios eligere et Nomina
re ad ipsum offitium ita quod quomo
documque sit ipsi Notary siue de extractis

siue de electis per extractos si
nt equalitate predicta seruata
et habeantur pro ueris et le
gitimis Notarys et eorum scriptu
ris etiam sine testibus stari de
beat preter quam in diffinitiua Se
ntentia que debeat scribi cum te
stibus et non aliter et postquam
omnia Nomina dictorum imbus
sulatorum tracta fuerint de ipsis
bussulis seu bussula remictantur
omnes predicti Mediti Judices
Notary et speciales in ipsis bus
sulis ut de eis in profuturo tempo
re fiat electio supradicta dicta forma
seruata Et quod ipsi Notary sic ex
tracti et electi teneantur et debe
ant eorum offitium facere gerere
et esercere bona fide et sine frau
de et klennarium facere et scr
ibere dierum vtilium secundum
formam statuti dicte Ciuitatis
et quod contra eos uel eorum scriptur
as publicas opponi non possit nec
ex negatione partis de tragatur
uel de tragi possit fidei dictarum
scripturarum pretextu Notariatus
non existentis uel dicte electio
nis non apparentis uel non le
gitime facte .//.

Liber septimus dampnis datis
Incipit et de penis dampnum
dantium Et primo de offitio
dampnorum datorum et Custo
die et eius electione. Rubrica

... D HOC .//. VT
... offitium dampnorum
... datorum ut custo
... die Ciuitatis Ame
... ie melius ualeat
... statuimus et Ordi
... p ad offitium dampnorum
... iarum fontium et po
... ac Custodie dicte Ciui
... ligatur et eligi debeat de

Cetero per dominos Antianos
populi unus Notarius exper
tus et sufficiens cum uno fam
ulo litterato et cum salario cō
sueto per se tantum moram trahe
ns in aliqua domo dictis cōmu
nis ita quod ipsius offitium cōcedi
dari et applicari non possit ali
cui alteri Rectori Ciuitatis pre
dicte non obstante aliqua deli
beratione que fieret in futurum
que ex nunc pro ut ex tunc et
ex tunc pro ut ex nunc sit ca
ssa et irrita Et quod ipse Notarius
possit et debeat ipsum offitium
operari gerere et exercere secū
dum formam statutorum et ordina
mentorum dicte Ciuitatis de eius
offitio disponentium decernētes
et declarantes quod dictus Notarius
non possit refirmari aliquo modo
uel aliquo quesito colore in offi
tio supradicto et si refirmaretur nō
ualeat quod fieret per eum nec etiam
habere possit salarium a cōmu
ni Addentes quod si dictum salarium
aliquo tempore declarari conti
ngerit fiat et fieri debeat dicta
declaratio per consilia oppōtu
na videlicet per Consilium spetiale et
generale triginta et non aliter
Et dictus Notarius possit te
neatur et debeat gerere et ope
rari omne aliud offitium quod si
bi commicteretur per Cōmune
Amelie seu dominos Antianos di
cte Ciuitatis absque aliquo alio
salario uel mercede ad penam un
ius flor. de auro ipso facto incu
rrendi et totiens quotiens contra
factum fuerit Concedentes et ma
ndantes eidem quod debeat ipso facto
exigere uel exigi facere pro Cō
muni a quolibet custode de noc
te et pro qualibet puntatura
xii denariorum pro quolibet qui
non fecerit Custodiam de nocte
v. soldi ab illo uero qui rediret
ad domum ad dormiendum x. sol.
pro custodia uero totius diei xx
sol. de aliis uero puntaturis fi
at et fieri debeat pro ut acten
us Consuetum extitit et aliorum
custodum esse debeant et pro ip
sis exigere.

De juramento Notarii dampnorum datorum. Rubrica

ITEM STATUIM
us et ordinamus quod Nota
rius Custodum dampnorum datorum vi
2. arum pontium et fontium Ci
uitatis Amelie et eius districtus
et qui pro tempore fuerit ad di
ctum offitium primo die sui ad
uentus ad Ciuitatem predictam
ipse et eius famulus corā dom
inis Antianis et Cancellario dicte
Ciuitatis predicte juret ad sancta
dei Euangelia corporaliter manibus
tactis scripturis obseruare et
obseruari facere omnia et sin
gula statuta et ordinamenta pro
uisiones et reformationes fac
tas et faciendas in posterum per
dictum Commune ad offitium
Guardianatus dampnorum datorum
viarum pontium et fontium
spectantia spectantes et omne
aliud offitium facere et gerere
quod sibi per dictum Commune dicte
uel dominos Antianos cōmic
teretur de nouo sine alio sala
rio et mercede uel parte alicu
ius pene nec aliquid percipere
uel habere possit ultra salarium
sibi Conuentum per Sindicum
Ciuitatis Amelie uel Commune
predictum pro executione sui offi
tii uel promissum Et predicta
promictat per se et suum

famulum Not. Cancellarie dc̄i
Communis qui pro tempore fu
erit scriptus pro dicto Communi
seruare et seruari facere uincu
lo Juramenti ad penam Centum
libr. denariorum de suo salario Co
mum Amelie soluendis pro quolibet
Capitulo quo contrafecerit ipse
uel eius famulus in non obser
uando uel adimplendo pro ut
inferius statuitur obseruandis.

de Ratione reddenda per dictum Notarium de administratione sui offitij tempore sui Sindicatus. Rubrica

I Tem Statuimus et Ordi
namus quod finito tempore
sui offitij teneatur et debeat dic
3. tus Notarius cum suo famulo p
post sui offitij depositionem sta
re et morari in Ciuitate Amel.
ad sindicatum ad reddendum ratio
nem plenariam administrationis
sui offitij tribus diebus integris
Et quod infra tempus sui offitij n.
infra tempus dictorum trium die
rum ullo modo possit nec debeat
licentiari uel absolui per direct.
uel per oblicum aliquo colore
quesito set teneatur et debeat p
mictere Coram sindicis dicti co
mmunis qui electi erunt ad sin
dicandum et fid. prestare pro
se et dicto suo famulo eisdem Sin
dicis recip. pro dicto communi
Amelie de stando et parendo mā
datis dictorum Sindicorum et se pso
nalr. pntare totiens quotiens fu
erit opus et soluere condēpnat.
ut postulat ordo Juris declara
ntes quod Sindici predicti eligantū
et eligi debeāt per dominos An
tianos populi qui pro tempore
erunt cum dn̄o Notario et sup.
hijs et contra eos pcedatur et p
cedi debeat modo et forma quib.

in alijs offitialibus Ciuit. pdc̄e.

Quod dictus Notarius nō possit aliquid petere ultra salarium sibi deputatum. Rubrica

I Tem ordinando statuimus
quod dictus Notarius nec eius
famulus possit per directum ul.
4. per obliquum et recipere aliquid
ab aliquo Ciue uel districtuale
Amelie ultra et preter salarium
sibi promissum ad penam decem
libr. de suo salario Et nichilomi
nus teneatur restituere duplū.

de prohibita familiaritate dc̄i Notarij et sui famuli. Rubrica

I Tem statuimus ne nimium
familiaritas contemptū pa
5. riat uel ipsius familiaritatis pre
textu in aliquo Jus alterius subū
tatur quod dictus Notarius uel aliq
uis eius familiaris nullo modo
possit nec debeat commedere ul.
bibere in Ciuitate amelie uel ei
comitat. Cum aliquo Ciue uel di
strictuale dicte Ciuitatis ad pe
nam centum sold. pro qualibet i
uice Et si quis Ciuis uel districtu
alis Amelie cum eis uel aliquo
ipsorum commederit uel biberit ea
ndem penam eum uolumus sb
stinere Et quod contra dictum Nota
rium et eius famulum Ciues et
districtuales dicte Ciuitatis fac
ent. potestas et sui offitiales tene
antur et debeant procedere per
Inquisitionem denuptiatorem et
accusationem et ipsos condempna
re et condēpnatōem exigere pro di
cto Communi uinculo Juraml.

Quod dictus Notarius possit petere idā pnis datis pinqsitorem denuptiatorem et accusatorem ad petitionem cuiuisque petentis. Rubrica

I Tem ad hoc ut offitium dap
norum datorum uiarum fontium
et pontium sine aliquo impedimento
6. procedat Statuimus et Ordinam

quod Notarius dampnorum datorum possint teneantur et debeant procedere super dapnis datis viis seu trauersis pontibus et fontibus per accusationem Inquisitionem et denuptiationem ad petitionem cuiuscumque petentis sine strepitu et figura iudicii quomodocumque et qualitercumque sibi placuerit in omni iure ordine pretermisso dummodo ubi procederetur per Inquisitionem iuret dampnum passus quod sibi in dampnum datum est saluo ubi spaliter inhiberetur. Et si dictus Notarius fuerit negliens in procedendo incurrat penam ipso facto decem librarum denariorum.

De fide adhibenda scripturis manu dicti Notarii factis tamquam publicis scripturis. Rubrica

Item ut mandatis dicti Notarii pareatur. Statuimus et ordinamus quod predictus
7 Notarius possit teneatur et debeat omnes et singulas scripturas ad suum offitium spectantes execendi scribere et in actis ponere et eis detur fides tamquam publicis scripturis et manu cuiuscumque Notarii factis possitque precipere et penas imponere decem soldorum ut sibi uidebitur inspecta conditione persone et qualitate delicti.

Quod omnes termini sint in arbitrio dicti Notarii. Rubrica

Item quod omnes termini per eundem Notarium prefien
8 di in causis sint et esse debeant in arbitrio dicti Notarii prout eidem prefigendi uidebitur conuenire.

Quod dictus Notarius teneatur et debeat de omnibus et singulis inquisitionibus denuptiationibus et accusationibus et processibus per eum faciendis ferre sententias. Rubrica

9 Item ut offitium dapnorum datorum uiarum pontium et fontium sine aliquo impedimento et suspitione procedat. Statuimus et ordinamus quod de omnibus et singulis accusationibus denumptiationibus et Inquisitionibus ac processibus fiendis per dictum Notarium idem Notarius No teneatur et debeat ferre sententias uel condempnationes secundum penas in capitulis declaratas tenendo in condempnando hunc modum. Talem accusatum denuptiatum uel Inquisitum de dapno dato personaliter uel cum animalibus in possessione talis confinata in accusatione uel Inquisitione in tanta quantitate condempnamus et in emendatione dapni domino rei per ut extimatum et probatum fuerit ut et dictas condempnationes teneatur exigere hoc modo videlicet quod faciat condempnato apodissam de quantitate quam soluere teneretur et ipsam mictat ad Cameram dicti comunis pro ipso communi recipienti quantitatem predictam et precipiat dicto condempnato ipsam apodissam subscriptam manu Camerarii dicti deportari. Qui et Camerarius scribat se pro dicto Communi ipsam quantitatem recepisse. Quas apodissas teneatur ipse Notarius infilzare et conseruare ad hoc ut possit uideri ratio cum dicto Camerario quando videbitur Antianis uel rationatoribus expedire quam rationem idem Notarius teneatur et debeat reddere quolibet mense Camerario communis uel cui placuerit dominis Antianis ad penam decem librarum et dicta solutione facta per dictum Notarium Cancelletur condempnatio sive sententia supradicta et aliter uel alio modo condempnare uel exigere non possit ad penam xxv librarum de suo.

ſalario et extimationem dāpni
teneatur exigere et ſolui facere
ad petitionem partis dāpnū pa
ſſe. teneatur etiam dictus Notari
us in condempnationibus redu
cere omnes et ſingulos dampnū
dantes de quibus ſibi legitime
conſtiterit. Et ſi predicti dāpnū
dantes penas ſoluerint ante ſe
ntentiam quod in ipſa ſententia fa
ciat mentionem de quantitate
iam ſoluta quas ſententias dictus No
tarius teneatur in logia poſita
ſubtus ſcalas palatij dicti com
munis ad bancum ſuum uel
alibi ubi ius reddere conſueue
rit. Addentes quod accuſationes in
ſcriptis tamen porrecte in dāpnis
datis non poſſint retractari tolli
uel aboleri niſi infra terminum .xv.
dierum ſi fuerit petitum per accu
ſatorem ac etiam ſolutum fuerit ca
merario dicti communis .x. ſol
denariorum pro abolitione predicta.

Quod dictus Notarius teneatur omnes
accuſationes que porrigentur
coram eo recipere ad petitio
nem dampnum paſſi. Rubrica.

Item ut contra dāpnum da
ntes ex uigore iuſtitie pro
.10. cedatur. Statuimus et ordi
namus quod Notarius predictus
teneatur et debeat omnes et ſin
gulas accuſationes et denumptia
tiones que coram eo porrigen
tur recipere et inquirere ad petitionem
dampnum paſſi ex ſuo officio facere
ad penam centum ſoldorum pro
qualibet uice qua recuſauerit
recipere uel inquiſitionem facere ut
ſupra dictum eſt. Addicientes
quod ipſe Notarius non poſſit nec
debeat accuſationes uel denumpti
ationes [illegible] ſi oblate fuerint retar
dare quin procedat ſuper eis

nec reddere accuſatori uel de
numptiatori ſupradictas accuſationes niſi
ut ſupra in precedenti capitulo
continetur ad penam ſupradictam.

Quod dictus Notarius teneatur in con
feſſis dāpnum ea die qua confi
tetur ipſum dāpnum datum uel in
quibus ſtari debet ſacramento per
ſententiam terminare. Rubrica.

Item ſtatuimus quod idem No
tarius omnes et ſingulos
.11. proceſſus in quibus rei confeſ
ſi fuerint dampnum uel in quibus
ſtari debet ſacramento accuſantis
uel denumptiantis in continenti
ea die teneatur et debeat per
condempnationem uel ſententiam
terminare in alijs uero proce
ſſibus terminandis infra
dierum ſpatium infra
quos a die denumptiationis uel
accuſationis numerandos ſingulos
debeat terminare ad penam
[illegible] ibi et dicti proceſſus de
[illegible] reuideri per dominos Antianos
populi dicte Ciuitatis qui pro
tempore fuerint qui Notarius tene
atur et debeat ipſos proceſſus
dictis dominis demonſtrare in
ad dictam penam.

Quod dictus Notarius teneatur ad
minus bis in edomada ire per ter
ritorium Ciuitatis amelie. Rubrica.

Item ad hoc ut huiuſmodi
dampna ceſſent ſaltem ter
.12. rore dicti offitialis Statuimus
quod dictus Notarius cum famulo
teneatur et debeat ad minus bis
in edomada ire per territorium A
melie extra Ciuitatem et ſecum du
cere unum ex baiulis communis ad
perquirendum de dāpnis datis
perſonaliter uel cum beſtijs ad pe
nam centum ſoldorum de ſalario ſuo
Et quod Sindicatores tempore ſindi

catus et dictus Notarius eorū
teneantur et debeant ipm Nota
rium de predictis sindicare et
Rationare.

Qd quilibet ex famulis dicti No
tarij habeatur pro legitimo ac
cusatore. Rca.

Item statuimus qd quilibz
ex familiaribus dicti Nota
rij habeantur pro legitimo acc
·13· usatore et denumptiatore ut es
set custos ex forma statuti uel
ordinamti legitime ordinat dum
modo non habeat aliquā partez
banni nisi dictus familiaris inue
nerit dampn dare et tanq inue
tum denuptiet cum assignatione
et probatione unius testis qui
non sit Castaldus cois quo casu
habeat partem sicut alij Custo
des secreti et stetur accusationi ip
sorum uel denuptiationi alicuius
eorum usqz in quantitatez decez
sold sine aliqua alia probatione
abinde uero sup usqz in quantita
traginta sold credatur denupti
ationi et relationi ipsius famuli
cum uno teste sotio uel custode
Et si Notarius dixerit et uider
it siue scripserit se uidisse uel in
uenisse dampn dant personalr
uel cum animalibus credatur
sibi in totum et stetur dicto dco
et scriptur sue in pdictis usqz in
quantitatem quinquaginta sold.

Qd dcus Notarius non debeat
se absentare toto tpr sui offitij. Rca.

Item statuimus qd dictus
Notarius non possit nec
debeat se absentare ullo modo to
·14· to tpre quo steterit ad dictuz of
fitium a Ciuitate et Comitatu
Amelie nec suus famulus sine
expressa licentia dnoz Antiano
rum Ciuitatis Amelie ad penā
Centum sold pro quolibet die
quo se absentauerit.

Qd dictus Notarius debeat do
minis antianis suā familiā et Ro
zenum qlz ebdomata assignare. Rca.

Item statuimus qd dictus No
tarius qualibet ebdomata
·15· teneatur et debeat dominis anti
anis populi Ciuitatis Amelie su
am familiam et Ronzenum qn
esset opus et pactum retinendi et
se ipm psonalr assignare et ipam
familiam et Ronzenum per ca
ncellarium cois scribi facere ad
penam .xx. sold pro quolibet
famulo et Ronzeno et pro qualz
ebdomata qua non assignauerit
ut dictum est.

Qd dcus Notari
us penes Cam cois de poni faci
at partez contigentem custodibus
et accusatoribus secretis. Rca.

Item statuimus qd dictus
Notarius teneatur et debe
at quācumqz quantitatem seu p
16 tem pene debende alicui custodi
accusatori uel denuptiatori ul
domino rei ad petitionez ipsoz
de poni facere penes Cam cois
pdictam recepi pro dicto Custode
denuptiatore accusatore ul do
mino rei Qd in Camerarius te
neatur ipam partē dare et sol
uere illis pro quibus recepit
ad petitionem dicti Notarij Et
teneatur tamn dicto Notario in
predcis obedire ad penam decē
sold pro qualibet uice Et de p
dictis dictus Camerarius nul
lam mercedem recipere possit
ad dictam penam. Addentes qd
ipse Camerarius predca facere
teneatur sub uinculo iuramenti
et ad penā .xx. sold p qlz uice.

Qd i dapnis datis iuris sollepnitas
non seruetur. Rca.

17 Item statuimus quod cum non sit conveniens quod in dampnis datis iuris sollempnitas servetur in nec ordo iudiciarius quando probatum fuerit dampnum datum per unum testem de visu puniatur in penis in ordinamentis et statutis contentis usque in quantitatem viginti sold. ac si probatum esset legitime per plures testes salvo ubi specialiter inhiberetur.

Quod dictus notarius possit de similibus ad similia procedere. Rubrica.

18 Item statuimus quod ubi non esset declarata pena per presens statutum et per ordinamentum quod dictus notarius possit et debeat de similibus ad similia procedere.

De pena metentium granum uel aliud bladum. Rubrica.

19 Item statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat uel presumat in possessione alterius metere bladum cuiuscumque conditionis etiam si sit commune sibi cum alio sine requisitione sotii uel aliam partem habentis in dicto blado ad penam viginti sold. pro qualibet fascio dicti bladi et nichilominus teneatur sibi dampnum in duplum emendare et credatur sacramento dampnum passi usque in quantitatem viginti sold. pro qualibet vice ab inde supra probetur legitime et si in accusatione facta de dicto dampno sic dato non continetur extimatio dicti dampni tamen auctoritate presentis statuti habeatur pro extimato ad rationem .xx. sold. pro qualibet fascio dicti bladi.

De pena colligentis olivas avellanas nuces uel aliquod genus pomorum. Rubrica.

20 Item statuimus quod si aliqua persona colligerit olivas avellanas nuces uel aliquod genus pomorum de re alterius soluat pro banno Communi Amelie viginti soldos denariorum pro qualibet vice qua contra fecerit et dampnum emendet domino rei in duplum et credatur domino rei si iuraverit se vidisse dampnum dare et probaverit per unum testem de visu, sed si iurare noluerit se vidisse dampnum dare accusatum nec potuerit probare per unum testem et voluerit iurare predictos fructus uel aliquem ipsorum esse collectos ut dictum est puniatur qui colligerit si accusatus a domino rei vice qualibet in quinque soldis denariorum. Et credatur de sacramento domini rei sic facto in dicta quantitate quinque sold. tam de pena quam de emendatione dampni. Si vero colligerit olivas sub olivo soluat medietatem dictarum penarum et dampnum emendetur in quolibet dictorum casuum ut supra dictum est. Si vero probaretur dampnum per duos testes soluat accusatus duplum supradictarum penarum.

De pena colligentis ficus fullones uvas de pergulis stantibus in arboribus. Rubrica.

21 Item statuimus quod si aliqua persona colligerit ficus fullones uvas de pergulis stantibus in arboribus uel in perglis extra vineam persica pira mala cerasa fiscines Celza et hiis similia fructus de re alterius soluat pene nomine viginti soldos denariorum et dampnum emendet domino rei in duplum. Et credatur sacramento domino rei si iuraverit se vidisse accusatum dampnum dedisse usque in quantitatem decem sold. Si vero noluerit iurare se vidisse sed pro certo habere accusatum

dampnum dediſſe huiuſmodi pu
niatur ex ſupradicto ſuo ſacram
ento domini rei accuſatus in .v. ſol'
Si uero habuerit unum teſtem
nec tamen iurauerit accuſator dāp
num dantis uidiſſe puniatur ac
cuſatus propter huiuſmodi ſacr
amentum teſtis in decem ſoldis
Si uero iurauerit accuſator de
dampno dato uidiſſe et proba
uerit per unum teſtem puniatur
accuſatus in biginti ſoldis ac ſi
legitime probauiſſet pro qualibet
uice et pro quolibet genere p̄
dictorum fructuum de ceraſis uero
et ficubus ſoluat accuſatus
inquiſitus uel denumptiatus pro
Conmuni predicto quinque ſold'
denariorum .

De pena incidentis ul' ſuccidentis aliquam Arborem domeſticam Rubrica

Item Statuimus quod ſi ali
